P. TERENZIO
GLI ADELFI
OSSIA
I DUE FRATELLI.

P. TERENTII
ADELPHI.

ACTA LVDIS FVNEBRIBVS L. ÆMILII PAVLI. QVOS FECERE Q. FABIVS MAXIMVS ET L. CORNELIVS AFRICANVS. EGERVNT L. ATTILIVS PRÆNESTINVS ET MINVTIVS PROTIMVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII TIBIIS SARRANIS. GRÆCA EST MENANDRV. EDITA L. ANICIO GALLO ET M. CORNELIO CETHEGO COSS. ANNO AB VRBE CONDITA DXXV. ANTE CHRISTVM NATVM CLXVIII.

INTERLOCUTORES.

PROLOGUS.
MITIO, ſenex.
DEMEA, ſenex.
SANNIO, leno.
ÆSCHINUS, adoleſcens.
SYRUS, ſervus.
CTESIPHO, adoleſcens.
SOSTRATA, matrona.
CANTHARA, nutrix.
GETA, ſervus.
HEGIO, ſenex.
DROMO, ſervus.
PAMPHILA, nurus.

Perſonæ mutæ.

BABYLO.
PARMENO, ſervus.
STORAX, ſervus.

P. TERENZIO

I DUE FRATELLI.

INTERLOCUTORI.

Prologo.
Mizione, vecchio.
Demea, vecchio.
Sannione, mezzano.
Eschino, giovane.
Siro, ſervo.
Tesifone, giovane.
Sostrata, matrona.
Cantara, nutrice.
Geta, ſervo.
Egione, vecchio.
Dromone, ſervo.
Panfila, giovane.

Perſone, che non parlano.

Babilone.
Parmenone, ſervo.
Storace, ſervo.

C. SULPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

Duos cum haberet Demea adolescentulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Æschinum,
Sed Ctesiphonem retinet: hunc citharistriæ
Lepore captum, sub duro ac tristi patre,
Frater celabat Æschinus; famam rei 5
Amorisque in se transferebat: denique
Fidicinam lenoni eripuit: vitiaverat
Idem Æschinus civem atticam pauperculam;
Fidemque dederat, hanc sibi uxorem fore.
Demea jurgare, &. graviter ferre: mox tamen, 10
Ut veritas patefacta est, ducit Æschinus
Vitiatam, potitur Ctesipho citharistriam,
Exorato suo patre duro Demea.

2 *Adoptandum*. Adoptio est legitimus actus, per quem qui filius non est, pro filio habetur. De adoptionibus apud jureconsultos permulta.

13 *Exorato suo patre &c.* Hic ultimus versus in quibusdam exemplaribus omittitur. Lindenbr. in observatt. in Donat. ex Mss. R. & Pith. legit. *ducit Æschinus A se vitiatam civem Atticam virginem. Uxorem potitur Ctesipho citharistriã, Exorato suo duro patre Demea.*

ARGOMENTO
DI CAJO SULPICIO APOLLINARE.

Ebbe Demea due figli, uno ritennesi
Per sè nomato Tesifone, ed Eschino,
Che fu l'altro, negli anni suoi più teneri
Diede al fratel Mizione; onde allevasselo
A suo piacere, e l'adottasse in proprio.
Tesifon con un padre acerbo e zotico,
Di bella cantatrice in sulla cetera
Era invaghito; e sotto l'ombra d'Eschino,
Che mostrava arder ei di quella femmina
Godea dell'amor suo tranquillo e tacito:
Alla perfine, del mezzan con impeto
Rotte le porte, la bramata giovane
Eschino porta via. Di sì trista opera
Parla ciascuno ed in privato e in pubblico.
Già tempo fa, di notte avvenne che Eschino
Viziò di Atene una fanciulla povera,
Ma cittadina: del mal poi pentitosi,
Giurò prenderla in moglie, e sommo gaudio
N'ebbe di ciò l'addolorata giovane.
Per fatti tali il vecchio alpestre e rigido,
Quanti al fratello diede aspri rimproveri!
E quante sparse mai querele e lagrime
Per gelosia, che allor si prese di Eschino,
La sua sposa credendolo ingannevole!
Ma scopertosi il vero, ella maritasi
Con esso lui, e Tesifone ammogliasi
Con quell'altra: e di duro e d'intrattabile
Fassi tosto Demea grato e piacevole.

PROLOGUS.

Postquam poëta ſentit ſcripturam ſuam
Ab iniquis obſervari, & adverſarios
Rapere in pejorem partem, quam acturi ſumus;
Indicio de ſe ipſe erit: vos eritis judices,
Laudine an vitio duci factum id opporteat. 5
Synapothneſcontes Diphili comœdia eſt.
Eam * Commorientes Plautus fecit fabulam.
In Græca adoleſcens eſt, qui lenoni eripuit
Meretricem in prima fabula: eum Plautus locum
Reliquit integrum: eum hic locum ſumpſit ſibi 10
In Adelphos: verbum de verbo expreſſum extulit.
Eam nos acturi ſumus novam: pernoſcite,
Furtumne factum exiſtumetis, an locum
Reprehenſum, qui præteritus negligentia eſt.
Nam quod iſti dicunt malevoli, homines nobiles 15

1 *Scripturam*. Scriptura hic ſtylus eſt, alias apud Ciceronem & cæteros latinæ linguæ ſcriptores, ea erat quam exercebant qui agris, paſcuis, aut pecoribus præerant. Hinc & ii, qui portus, aut portuaria curabant vectigalia deſcribentes aut colligentes, magiſtri ſcripturarum & portus dicebantur.

6 *Diphili*. Diphilus hic fuit juxta Strabonem Sinopeuſis, & cum Menandro eadem ætate floruit, cujus & Priſcianus meminit, & Plautus ſibi imitandum propoſuit, cum ſit & Clementi Alexandrino, & Euſebio Pampbili præſtantiſſimus comicus, & ſententiarum pleniſſimus.

PROLOGO.

QUANDO il poeta chiaramente avvidesi
Che con occhio maligno si osservavano
Le sue commedie, e si spargean dagli emuli
Voci d' invidia per lor torre il credito;
E sopra ogni altra incolpare e riprendere
Questa, di cui or vi farem la recita,
Vuole egli stesso in modo aperto e candido
Dirvi ciò, ch' egli ha fatto; e vuol che giudici
Voi siate, s' egli merti o laude o biasimo.
La commedia di Difilo, che chiamasi
I Commorienti, o sia color, che voto
Di viver fanno e di morir insieme,
Fece Plauto latina, ed il medesimo
Nome le diede: nella greca favola
Viene introdotto un giovanetto fervido,
Che una ragazza strappa via con impeto
Di mano d' un mezzano; e nel principio
Questo addiviene di quella commedia.
Plauto di un cotal luogo fu dimentico,
E 'l nostro se lo prese, e latin fecelo
Parola per parola trascrivendolo;
E 'l pose negli Adelfi, la qual favola
Reciteremvi adesso. A mente libera
Con giusta lance orá da voi si esamini,
Se debba darsi di ladrone il titolo
Per questo luogo preso da Deifilo
A Terenzio; oppur d' uomo accorto e provido
Che un sì bel luogo, lasciato da Plauto
Si è preso, e se l' è fatto cosa propria.
Di quello poi, che sì da' suoi malevoli

Eum adjutare, assidueque unà scribere,
Quod illi maledictum vehemens esse existumant,
Eam laudem hic ducit maxumam, cùm illis placet,
Qui vobis universis & populo placent;
Quorum opera in bello, in otio, in negotio, 20
Suo quisque tempore usu' est sine superbia.
Dehinc ne exspectetis argumentum fabulæ:
Senes qui primi venient, hi partem aperient,
In agendo partem ostendent: facite, æquanimitas
Vestra poëtæ ad scribendum augeat industriam.

1 *Homines nobiles eum adjutare &c.* Se. Scipionem africanum & Lælium sapientem, & Furium pium. Cum his enim familiarissime vixit, & iisdem corporis gratia & ætatis flore, ut Portius ait, conciliatus existimatur, quod Fenestella redarguit. Nam Terentium utroque majorem natu fuisse contendit, a quo Santra grammaticus non recessit, qui alios potius Terentio operam præstitisse in comœdiis scribendis putat, quàm Lælium & Scipionem, quod hi sub id tempus admodum juvenes essent, & nominat inter hos, qui viverent, Sulpitium Gallum, Q. Fabium Labeonem, & M. Pompilium, qui ea tempestate & grandiores natu, & poëtæ atque cives clarissimi habebantur. Cicero tamen in quadam epistola ad Atticum Terentii fabulas propter elegantiam sermonis a multis ait existimatum a Lælio scriptas. Q. Memmius item in oratione pro se, P. Africanum asserit à Terentio personam mutuatum esse, ut quæ domi luserat ipse, nomine Terentii in scenam deferret. Nepos quoque Cornelius Lælium testatur, cùm in Puteolano esset, quædam recitasse a se facta carmina, quæ in Eautontimorumeno leguntur.

Per biasimarlo si cinguetta, e mormora
Che uomini illustri per potenza e nascita
L'ajutino a compor le sue commedie,
Egli non sol non sentene rammarico,
Nè se lo tiene punto a vituperio;
Nè come essi si credono ad obbrobrio,
Anzi che a lode somma, a gloria massima,
Ogni qualvolta a quei piace, che piacciono
A ciascuno di Voi, e a tutto il popolo:
De' quali le grazie e' molti beneficj,
Fatti da lor senza ombra di superbia,
Ed in tempo di pace e di milizia,
Sentiron tutti ed in privato e 'n pubblico.
Niun del resto aspetti della favola
L'argumento: i due vecchi, che or sen vengono,
Di essa una parte vi diranno subito;
E 'l rimanente poi color, che seguono.
Favoritelo dunque, e cuore e spirito
Accrescetegli ognora; onde egli industrisi
Vieppiù a piacervi nel compor commedie.

ACTUS PRIMI.

SCENA PRIMA.

Mitio.

Storax, non rediit hac nocte à cœna Æſchinus,
Neque ſervulorum quiſquam, qui advorſum ierant.
Profecto hoc vere dicunt: ſi abſis uſpiam,
Aut ubi ſi ceſſes, evenire ea ſatius eſt,
Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat 5
Irata, quàm illa, quæ parentes propitii.
Uxor, ſi ceſſes, aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare, aut animo obſequi,
Et tibi bene eſſe ſoli, cùm ſibi ſit male.
Ego, quia non rediit filius, quæ cogito! 10
Quibu' nunc ſollicitor rebus! ne aut ille alſerit,
Aut uſpiam ceciderit, aut perfregerit
Aliquid: vah! quenquamne hominem in animum inſtituere, aut
Parare, quod ſit carius, quàm ipſe eſt ſibi?
Atqui ex me hic natus non eſt, ſed ex fratre: is adeò 15
Diſſimili ſtudio eſt: jam inde ab adoleſcentia

2 *Advorſum.* Advorſum proprie dici notat Donatus in hunc locum; inde *advorſitores* dicti ſervi, quorum miniſterium erat ire ad herum foris cœnitantem, & eum domum reducere ac comitari, cumque monere per vias de lapidibus ad quos offendere poſſet &c. V. Popma de oper. ſerv.

13 *In animum.* Al. *in animo.* Al. *ſecum in animo.*

15 *Adeò.* Aut abundat, aut *nimium* ſignificat. Ut in Eunuc. *Adoleſcentem adeò nobilem.*

ATTO PRIMO.

SCENA PRIMA.

MIZIONE.

*STORACE, questa notte dalla cena
Eschino non tornò, nè alcun de' suoi
Servi, che andaro ad incontrarlo! certo
Ch' egli è pur vero quello, che si dice:
S' egli avvien che tu sia in qualche luogo
Fuora di casa, o che non torni a tempo,
Che ti avvengan piuttosto quelle cose,
Che dice contro te la moglie irata,
O in sua mente ravvolge, che quelle altre,
Che pensa il padre o la madre benigna.
La moglie, se tu tardi nulla nulla,
Subito pensa, o che amato tu sia,
O che ami e beva, e scherzi allegramente;
E in somma che per te vada sol bene,
Quando per lei va male. Or io che penso,
Perchè non venne il mio figliuolo a cena?
Da quai crudeli cure il cuore ho punto!
Ho timor che o dal freddo intirizzato
Non sia rimaso, o che non sia caduto,
O si abbia fatto qualche grave male.
Oh Dio! possibil è che verun uomo
Si disponga a cercare, e si procacci
Cosa, che a lui di sè più cara sia?
Ma pur questi non è mio proprio figlio,
Ma del fratello mio Demea; col quale
Ci dichiamo pur poco, e fummo sempre
Fin da' primi anni di contrario umore.*

Ego hanc clementem vitam urbanam, atque otium
Secutus sum: &, quod fortunatum isti putant,
Uxorem nunquam habui: ille contra, hæc omnia:
Ruri agere vitam, semper parce, ac duriter 20
Se habere: uxorem duxit: nati filii
Duo, inde ego hunc majorem adoptavi mihi:
Eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo:
In eo me oblecto: solum id est carum mihi.
Ille ut item contra me habeat, facio sedulò: 25
Do, prætermitto, non necesse habeo omnia
Pro meo jure agere: postremò, alii clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
Ea ne me celet, consuefeci filium:
Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit cæteros. 31
PUDORE, & liberalitate liberos
Retinere, satius esse credo, quàm metu.
Hæc fratri mecum non conveniunt, neque placent.
Venit ad me sæpe clamitans, quid agis, Mitio? 35
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris?
Vestitu nimium indulges: nimium ineptus es.

18 *Quod fortunatum isti putant &c.* Olim fortunatus habebatur, qui viveret in cælibatu: quod testatur illud. *Qui non litigat, cælebs est*. Indicat enim rixosum esse omne conjugium, nec tranquillam esse vitam, nisi in cælibatu. Juvenalis

Semper habet lites, alternaque jurgia lectus,
In quo nupta jacet minimum dormitur in illo.

Astipulatur huic sententiæ versus ille proverbialis:

Mulier in ædibus atra tempestas viro.

Io volli seguitar questa piacevole
Vita civile, e l'ozio dolce e grato;
Nè volli moglie che 'l non prender moglie
Si pone tra le cose fortunate.
Quegli al contrario ritiroſſi in villa,
Ove si tratta assai meschinamente,
Ed aspramente: prese moglie e n'ebbe
Due figli, ed il maggior di questi due
Mi adottai, e allevai fin da fanciullo;
Ed emmi caro come fosse mio:
In lui sol mi consolo e mi rallegro,
Ed egli solo è tutto il mio piacere:
E quanto so, dal canto mio m'ingegno
Ch'egli verso di me faccia lo stesso:
Gli dono, serro gli occhi e non l'osservo
Così per la minuta: finalmente
Ho io avvezzato questo mio figliuolo
A nulla mi celar di quelle cose,
Che fanno i figli e ascondono a' lor padri.
Poichè fanciul, che a dir bugie si avvezza
E si avvezza a ingannare il padre suo,
O almen lo tenta, con maggior audacia
Sarà bugiardo e ingannator cogli altri.
Per tener lungi dal peccare i figli,
Io per me credo, del timor che possa
Più la vergogna e la piacevolezza.
Ma in queste cose egli è discorde assai
Da me il fratello mio, e non gli piacciono.
Ei spesso viemmi a ritrovar gridando:
Mizion, che fai? a che mandi in ruina
Quel giovinastro? perchè è innamorato?
Perchè beve? perchè gli somministri
Denaro per far questo? e nel vestire
Lo fai molto sfoggiar; sei poco pratico

Nimium ipſe eſt durus, præter æquumque & bonum:
ET ERRAT LONGE, mea quidem ſententia, 40
Qui imperium credat gravius eſſe aut ſtabilius,
Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adjungitur.
Mea ſic eſt ratio, & ſic animum induco meum:
MALO COACTUS qui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cavet: 45
Si ſperat fore clam, rurſum ad ingenium redit.
Ille quem beneficio adjungas, ex animo facit:
Studet par referre, præſens abſenſque idem erit.
Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium
Sua ſponte recte facere, quàm alieno metu. 50
Hoc pater, ac dominus intereſt: hoc qui nequit,
Fateatur ſe neſcire imperare liberis.
Sed eſtne hic ipſus, de quo agebam? & certe is eſt,
Neſcio quid triſtem video: credo, jam, ut ſolet,
Jurgabit. ſalvom te advenire, Demea, 55
Gaudemus.

ACTUS I. SCENA II.

DEMEA. MITIO.

Dem. EHEM! opportune: teipſum quærito.
Mit. Quid triſtis es? *Dem.* rogas me, ubi nobis Æſchinus
Siet, quid triſtis ego ſim? *Mit.* dixin' hoc fore?
Quid fecit? *Dem.* quid ille fecerit? quem neque pudet

Del modo di allevarlo. Acerbo troppo
Egli è ſopra il dover, ſopra l' oneſto:
Ed erra aſſai, ſecondo il mio parere,
Chì ſtima più fondato e più ſicuro
Un impero, che ſia pigliato a forza
Di quello, che ſi acquiſta per amore.
Io così credo e giudico che ſia:
Chi ſa per forza quello, che ha da fare,
Guarda attorno ſe è viſto; e ſe neſſuno
Crede che oſſervi, fa tutto il contrario.
Ma quei, che ſolo è moſſo dall' amore,
Gran mercè delle grazie, che gli hai fatte,
Ciò, che fa, fa di cuore e ſempre ſtudia
I modi di eſſer grato: ed è lo ſteſſo
Sì da te lungi come a te vicino.
Queſto è da' padri l' allevare i figli
A far ben da sè ſteſſi, e non a forza;
A differenza del padron co' ſervi:
E chi queſto non ſa, confeſſi ancora
Di non ſapere comandar a' figli.
Ma queſti non è quei, di cui dicea?
Egli è certo; mi par turbato alquanto:
Già griderà conforme il ſuo coſtume.
Di vederti, Demea, molto mi allegro.

ATTO I. SCENA II.

DEMEA, MIZIONE.

Dem. *Oh appunto! di te proprio io vo cercando.*
Miz. *Perchè ſei tu di così malavoglia?*
Dem. *Mi chiedi perchè io ſtia di malavoglia?*
Eſchino ove ſi trova? Miz. *Nol diſs' io?*
Or che ha fatto egli mai? Dem. *Che coſa ha fatto?*

Quidquam: nec metuit quenquam: neque legem putat 5
Tenere se ullam: nam illa, quæ antehac facta sunt,
Omitto: modò quid designavit? *Mit.* quidnam id est?
Dem. Fores effregit, atque in ædes irruit
Alienas: ipsum dominum atque omnem familiam
Multavit usque ad mortem: eripuit mulierem, 10
Quam amabat: clamant omnes indignissume
Factum esse: hoc advenienti quot mihi, Mitio,
Dixere? in ore est omni populo: denique
Si conferendum exemplum est, non fratrem videt
Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium? 15
Nullum hujus simile factum: hæc cùm illi, Mitio,
Dico, tibi dico: tu illum corrumpi sinis.
Mit. HOMINE imperito nunquam quidquam injustius;
Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.
Dem. Quorsum istuc? *Mit.* quia tu, Demea, hæc male judicas. 20
Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum
Scortari, neque potare; non est: neque fores
Effringere: hæc si neque ego, neque tu fecimus,
Non sivit egestas facere nos: tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia. 25

Egli

12 *Factum esse: hoc*. Al. nulla distinctione interposita legunt: *Factum esse hoc*.

18 *Nunquam quidquam &c.* Al. *nihil quidquam injustius est*.

19 *Facit*. Al. *fecit*.

Egli vergogna alcuna, egli timore
Non ha di alcun, nè ſi crede tenuto
A legge alcuna: ma queſto ſi laſci.
Oh che gran coſa mai tentato ha egli
Di fare or ora! Miz. *E che coſa ha tentato?*
Dem. *Ha ſpezzate le porte, ed è per forza*
Entrato in caſa di altri; ed ha percoſſo
Il padron sì con tutta la famiglia
Che quaſi ne ſon morti: e a viva forza
Seco ſi portò via la donna amata.
Per la città ſe n' è levato un grido,
E ognun condanna un' op'ra tanto infame.
Quanti, venendo io qua, mi hanno ciò detto?
Di cui ſi parla in pubblico e in privato.
In fin ſe a nulla val proporgli eſempi,
Non vede ei ſuo fratello, come attento
Bada alla caſa, e come ſobrio e ſtretto
Vive in campagna, e come alcuna affatto
Di opere tali in lui non ſi ritrova?
Ma queſte coſe, che, Mizione, io dico
A lui, a te le dico: tu ſei quello,
Che ſei cagion che ſi magagni e guaſti.
Miz. *Coſa al mondo più ingiuſta non può darſi*
D' uomo ſenza eſperienza, che non crede
Se non quello, ch' ei fa, giuſto e ben fatto.
Dem. *E perchè ciò?* Miz. *Perchè giudice buono*
Al certo tu non ſei di queſte coſe.
Non è, credilo a me, non è delitto
In giovanil età far qualche volta
Una ſcappata, ed inebbriarſi ancora
Non è delitto; o ſpezzare le porte,
E' non è pure: e ſe noi non le femmo,
Ce le negò di far la povertade.
Or tu ti aſcrivi a lode quel, che ſolo

Injurium eſt: nam ſi eſſet unde id fieret,
Faceremus: & tu illum tuum, ſi eſſes homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius quàm, ubi te expectatum ejeciſſet foras,
Alieniore ætate poſt faceret tamen. 30

Dem. Prô Jupiter! tu me homo, adigis ad inſaniam.
Non eſt flagitium facere hæc adoleſcentulum?

Mit. ah,
Auſculta, ne me obtundas de hac re ſæpius.
Tuum filium dediſti adoptandum mihi:
Is meus eſt factus: ſiquid peccat, Demea, 35
Mihi peccat: ego illi maximam partem feram.
Obſonat, potat, olet unguenta? de meo.
Amat? dabitur a me argentum, dum erit commodum:
Ubi non erit, fortaſſe excludetur foras.
Fores effregit? reſtituentur: diſcidit 40
Veſtem? reſarcietur. eſt, Diis gratia,
Et unde hæc fiant, & adhuc non moleſta ſunt.
Poſtremò aut deſine, aut cedo quemvis arbitrum:
Te plura in hac re peccare oſtendam. *Dem.* hei mihi!
Pater eſſe diſce ab aliis, qui vere ſciunt. 45

Mit. Natura tu illi pater es, conſiliis ego.

Dem. Tun' conſulis quidquam? *Mit.* ah! ſi pergis, abiero.

29 *Expectatum*. Filiis parentes aut amabiles ſunt, aut expectati: amabiles, boni: *expectati*, mali: quorum mors in dies ſingulos expectanda & optanda ſit.

29 *Ejeciſſet foras*. Mortui apud romanos, ubi animam egerant lecto extracti humi deponebantur, deinde per Pollinctores loti, & uncti, lecto funebri aptabantur, tum ad oſtium domus cadaver admovebatur, verſis in portam pedibus.

37 *Obſonat, potat, olet unguenta &c.* Varro lib. 6. de L. L. ita hunc verſum citat: *Scortatur, potat, olet unguentum? de meo.*

Per povertade lasciasti di fare:
Ingiusta cosa al certo: perchè noi
Se ne avessimo avuta la maniera,
Che non avremmo fatto! e tu a quel tuo,
Se fossi veramente un uom di senno,
Ora piuttosto che l' età il consente,
Lasceresti far quello, che una volta
Fuor di tempo farà; quando te morto
Con gaudio e festa caccerà di casa.

Dem. *Oh Giove, tu mi vuoi fare impazzire!*
Il far di queste cose a un giovanotto
Non è peccato? Miz. *Ah m' odi e non volermi*
Rompere il capo più su questo affare.
In adozione mi desti il figliuolo;
Or questi è fatto mio: se egli, Demea,
Manca talora, ei manca a danno mio,
Ed ho del fallir suo la maggior pena.
Fa cene, e si tracanna ottimi vini,
E olezza tutto di unguenti odorosi?
Lo fa co' miei denari: arde di amore?
Darogli argento, finchè n' avrò modo,
Quando sarà finito, se talora
Ammesso non sarà, darassi pace.
Ha rotte alcune porte? risaranssi:
Strappò una veste? e questa acconceraſſi:
Per grazia degli Dei posso ciò fare,
E senza alcun incomodo. Alla fine
O ti accheta una volta, o mi ritrova
Un giudice qual vuoi: che mostrerotti
Che in ciò tu prendi molti sbagli e molti.

Dem. *Ahimè, fratello! impara ad esser padre*
Da quei, che veramente esser lo sanno.

Miz. *Tu per natura, ed io son per consiglio*
Padre di lui. Dem. *E tu che gli consigli?*

Dem. Siccine agis? *Mit.* an ego toties de eadem re audiam?
Dem. Curæ est mihi. *Mit.* & mihi curæ est: verùm, Demea,
Curemus æquam uterque partem: tu alterum, 50
Ego item alterum: nam ambos curare, propemodum
Reposcere illum est, quem dedisti. *Dem.* ah, Mitio!
Mit. Mihi sic videtur. *Dem.* quid istuc? tibi si istuc placet,
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Jam si verbum unum posthac. *Mit.* rursum, Demea, 55
Irascere? *Dem.* an non credis? repeton' quem dedi?
Ægre est: alienus non sum, si obsto: hem desino.
Unum vis curem: curo: & est Diis gratia,
Quom ita, ut volo, est: iste tuus ipse sentiet
Posterius: nolo in illum gravius dicere. 60
Mit. Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit: tamen
Nonnihil molesta hæc sunt mihi: sed ostendere
Me ægre pati illi nolui: nam ita est homo:
Cum placo, advorsor sedulò, & deterreo,
Tamen humane vix patitur: verum si augeam, 65
Aut etiam adjutor sim ejus iracundiæ,
Insaniam profecto cum illo: etsi Æschinus
Nonnullam in hac re nobis facit injuriam.

59 *Ut volo, est: iste tuus &c.* Alii ita distinguunt: *est iste: tuus ipse &c.*

Miz. *Ah, se nulla più duri, io me ne vado.*
Dem. *Così dunque tu tratti?* Miz. *E sempre mai*
Dovrotti udir sopra una stessa cosa?
Dem. *A me tocca a pensarvi.* Miz. *E a me pur tocca.*
Orsù curi ciascun la parte sua:
Tu quello, ed io quest' altro; che se vuoi
Pensare ad ambidue, egli è lo stesso
Che rivoler quel figlio, che mi hai dato.
Dem. *Ah, Mizione!* Miz. *A me pare in tal guisa.*
Dem. *Se così parti, e vuoi che così sia,*
Scialacqui, getti via, vada in malora,
A me nulla più importa: e in avvenire
Se apro più bocca... Miz. *E tu, Demea, di nuovo*
In sulle furie? Dem. *E chi si può tenere?*
Ma perciò forse ti richiedo il figlio?
Non sono mica estranio se ho per male
Questa sua vita, e se io mi oppongo a lui.
Ma faccio fine, e mi accheto per sempre.
Vuoi che attenda ad un solo? a un solo attendo:
Ed è, grazia agli Dei, come io lo voglio.
Cotesto tuo se ne avvedrà tra poco:
Non vo' dir contro lui cosa più grave.
Miz. *Tutto vero non è, nè tutto falso*
Ciò, ch' egli dice: e in verità mi danno
Qualche molestia tante cose insieme;
Ma non volli mostrarne dispiacere:
Perchè so l' umor suo com' egli è fatto.
Se io lo voglio placare è di mestiero
Che io lo contrari in tutto e lo spaventi;
E questo soffre umanamente appena:
Or pensa tu, se io soffiassi nel fuoco,
Od agli sdegni suoi porgessi ajuto?
Certa cosa è che impazzirei con lui.
Ma in fatti Eschino in ciò ci ha qualche torto

Quam hic non amavit meretricem, aut cui non
dedit 70
Aliquid? poſtremò nuper (credo jam omnium
Tædebat) dixit velle uxorem ducere.
Sperabam jam deferviſſe adoleſcentiam:
Gaudebam: ecce autem de integro: niſi quid-
quid eſt,
Volo ſcire, atque hominem convenire, ſi apud
forum eſt. 75

73 *Deferviſſe adoleſcentiam.* Al. *de-ferbuiſſe.* Sic etiam apud Cic. in orat. pro M. Cælio. *Summi homines, & clariſſimi cives fuerunt, quorum cum adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent, eximiæ virtutis firmata jam ætate extiterunt.*

75 *Hominem.* Sc. Æſchinum.

Vi è forse meretrice, che da lui
Non sia stata goduta o regalata?
Alla fin poco fa, credo annojato
Di costoro, mi disse voler moglie.
Sperava che 'l bollor di giovanezza
Fosse finito, e molto ne godei;
Quando eccoci da capo: or per sapere
Come sta questa cosa, io vo' cercarlo,
E vedrò se a fortuna ei fosse in piazza.

ACTUS SECUNDI.

SCENA PRIMA.

SANNIO. ÆSCHINUS.

San. OBSECRO, populares, ferte misero atque innocenti auxilium:
Subvenite inopi. *Æs.* otiose, nunc jam illicò hic consiste:
Quid respectas? nihil pericli est: nunquam, dum ego adero, hic te
Tanget. *San.* ego istam invitis omnibus ...
Æs. Quanquam est sceleslus, non committet hodie unquam iterum ut vapulet. 5
San. Audi, Æschine, ne ignarum fuisse te dicas meorum morum.
Ego leno sum. *Æs.* scio. *San.* at ita, ut usquam fuit fide quisquam optuma.
Tu quod te posterius purges, nolle hanc injuriam mihi
Factam esse: hujus non faciam: crede hoc, ego meum jus persequar:
Neque tu verbis solves unquam; quod re mihi malefeceris. 10
Novi ego vestra hæc: nollem factum: dabitur jusjurandum, esse te
Indignum injuria hac: indignis cum egomet sim acceptus modis.
Æs. Abi præ strenuè, ac fores aperi. *San.* cæterum hoc nihil facies.

ATTO SECONDO.

SCENA PRIMA.

SANNIONE, E ESCHINO.

San. *SOCCORRETE, vi prego, o cittadini,*
E date ajuto a un misero e innocente;
Sovvenite a un meschino. Esc. *Or qui ti ferma,*
Senza punto temere: e dove guardi?
Non vi è qui alcun pericolo: nè mai
Presente me questo ardirà toccarti.
San. *Io cotesta a dispetto di ciascuno . . .*
Esc. *Abbenchè molto iniquo sia costui,*
Non farà sì che nuovamente il batta.
San. *Eschino, ascolta, acciocchè poi non dica*
Di non saper quai sono i miei costumi:
Fo'l ruffiano. Esc. *Lo so.* San. *E lo so in modo,*
Che se alcun fra noi fu di ottima fede,
Certo io son quello: ora men di questa ugna
Le scuse stimerò, che mi farai
Tra poco, col mostrarmi che l'ingiuria
Contro tua voglia mi si faccia; e credimi
Non perderò mai d'occhio il mio diritto,
Nè tu mi rifarai colle parole
Il danno, che mi avrai fatto coll' opre.
Io so le vostre scuse: non vorrei
Che avvenuto ciò fosse, ch'egli avvenne:
E giurerei conforme indegno sei
Di tale accusa: essendo stato intanto
A torto io maltrattato. Esc. *Parmenone,*
T'inoltra ardito, ed apri quella porta.

Æſ. I intrò nunc jam. *San.* at enim non ſinam. *Æſ.* accede illuc, Parmeno,
Nimium abiiſti iſtoc; hic propter hunc aſſiſte: hem, ſic volo, 15
Cave nunc jam oculos a meis oculis quoquam dimoveas tuos,
Ne mora ſit, ſi innuero, quin pugnus continuò in mala hæreat.

San. Iſtuc volo ergo ipſum experiri. *Æſ.* hem! ſerva: omitte mulierem.

San. O facinu' indignum. *Æſ.* geminabit, niſi caves. *San.* hei miſero mihi!

Æſ. Non innueram: verùm in iſtam partem potius peccato tamen: 20
I nunc jam. *San.* quid hoc rei eſt? regnumne, Æſchine, hîc tu poſſides?

Æſ. Si poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis virtutibus.

San. Quid tibi rei mecum eſt? *Æſ.* nihil. *San.* quid? noſtin' qui ſim? *Æſ.* non deſidero.

San. Tetigin' tui quidquam? *Æſ.* ſi attigiſſes, ferres infortunium.

San. Quî tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi? 25
Reſponde. *Æſ.* ante ædeis non feciſſe erit meliu' hîc convitium:
Nam ſi moleſtus pergis eſſe, jam intrò abripiere, atque ibi
Uſque ad necem operiere loris. *San.* loris liber*? *Æſ.* ſic erit.

San. O hominem impurum! hiccine libertatem ajunt æquam eſſe omnibus?

Æſ. Si ſatis jam debacchatus es, leno, audi ſi vis nunc jam. 30

San. *Affè non l' aprirai.* Esch. *Paſſa là dentro.*
San. *Ei non ſarà mai vero.* Esch. *Parmenone,*
T' avvicina a coſtui: troppo diſcoſto
Ancora ſei: a lui ti voglio accanto.
Ora ſtai. bene: in me tien gli occhi fiſſi,
Nè ti ſvagare altrove, onde ſii pronto
A dargli uno ſgrugnone al primo cenno.
San. *Oh vorrei veder queſto da coſtui.*
Esch. *Oſſerva bene: laſcia quella donna.*
San. *Oh fatto ſcelerato!* Esch. *Se più duri,*
Ne avrai degli altri. San. *Oh me infelice al ſommo!*
Esch. *Non ti diedi alcun cenno, ma pur pure*
Mancaſti in quella parte, che mi piacque:
Or va con lei. San. *Che coſa, Eſchino, è queſta?*
Dimmi, ſei tu forſe ſignor di Atene?
Esch. *Se io qui ſignoreggiaſſi, avrebber certo*
Premio le tue virtù degno di loro.
San. *Dimmi, hai tu nulla meco da ſpartire?*
Esch. *Nulla.* San. *Che dì? non ſai quale io mi ſia?*
Esch. *Non lo ſo, nè lo cerco.* San. *Ho mai toccato*
La roba tua? Esch. *Te infelice al ſommo,*
Se l' aveſſi toccata! San. *Or perchè dunque*
Lecito a te ſarà toccar la mia,
Che fu da me comprata? ſu riſpondi.
Esch. *Meglio ti tornerà ſe avanti a caſa*
Tu non farai ſchiamazzo; e ſe più duri
A infaſtidirmi, e ad eſſermi moleſto,
Là in caſa ti farò portar di peſo;
E quivi riſinir di baſtonate.
San. *Baſtonate ad uom libero?* Esch. *Sì certo.*
San. *Oh malvagio che ſei! e qui ſi dice*
Ch' egualmente ciaſcun viva a ſuo modo?
Esch. *Se abbaſtanzà ſin qui, ruffiano porco,*
Hai fatto l' ubbriaco, ſe tu vuoi,

San. Egon' debacchatus ſum autem, an tu in me?
Æſ. mitte iſta, atque ad rem redi.

San. Quam rem? quò redeam? *Æſ.* jamne me vis dicere, quod ad te attinet?

San. Cupio, æqui modo aliquid. *Æſ.* vah! leno iniqua me non volt loqui.

San. Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium,
Perjurus, peſtis: tamen tibi a me nulla eſt orta injuria. 35

Æſ. Nam hercle etiam hoc reſtat. *San.* illuc quæſo redi, quò cœpiſti, Æſchine.

Æſ. Minis viginti tu illam emiſti, quæ res tibi vortat male:
Argenti tantum dabitur. *San.* quid, ſi ego illam nolo vendere,
Coges me? *Æſ.* minime. *San.* namque id metui. *Æſ.* neque vendundam cenſeo,
Quæ libera eſt: nam ego illam liberali aſſero cauſſa manu*: 40
Nunc vide utrum vis, argentum accipere, aut cauſſam meditari tuam.
Delibera hoc, dum ego redeo, leno. *San.* prô ſupreme Jupiter!
Minime miror, qui inſanire occipiunt ex injuria.
Domo me eripuit, verberavit: me invito abduxit meam:
Homini miſero plus quingentos colaphos infregit mihi. 45
Ob malefacta hæc tantidem emptam poſtulat ſibi tradier.

37 *Tantum dabitur.* Al. *tantum ſibi dabitur.*
45 *Homini miſero &c.* Hunc verſum ſeqnenti poſponunt Goeanus, & alii.

Stammi ormai ad udire.

San. *Ho ſatto io teco da ubbriaco, o pure*
Tu lo faceſti meco? Eſc. *Eh queſte coſe*
Tralaſcia, e quindi torna al caſo noſtro.

San. *Che coſa? a che ho a tornar?* Eſc. *Dunque non vuoi*
Che io dica quello, che a te ſi appartiene?

San. *Anzi lo bramo, purchè ſia qual coſa*
Di giuſto. Eſc. *Oh vedi! un ruffian non vuole,*
Che io dica coſe ingiuſte. San. *Ruffiano*
Son, lo confeſſo, rovina comune
De' giovani; agli Dei non tengo fede;
Sono pubblica peſte: ma frattanto
Io non ti ho fatto torto, o ingiuria alcuna.

Eſc. *Queſto ci mancherebbe!* San. *Or via ti prego,*
Eſchino, torna dove principiaſti.

Eſc. *Duegento ſcudi ti coſtò colei,*
(Che ti ſien tante ſpade in mezzo al cuore)
Non è così? or altrettanto argento
Darotti. San. *E ſe io di venderla ricuſo,*
Mi forzerai? Eſc. *No certo.* San. *Io lo temei.*

Eſc. *Ma vender non ſi può libera donna,*
Che tale or la ſo io colla mia mano;
E la mantengo in virtù della legge,
Che libertà favora: or vedi dunque
Quello, che più ti torna; o vuoi l' argento,
O vuoi diſporti ad una nuova lite.
Penſa e riſolvi, mentre io vado e torno.

San. *Oh ſommo Giove! or più non ho ſtupore*
Se altri impazza per torti ricevuti.
Mi traſſe fuora dalla propria caſa,
Mi percoſſe e rubò contro mia voglia
La ſchiava, e diemmi cinquecento pugni
Nel viſo: ed or per così triſti fatti
Vuol che io la venda a lui pel prezzo ſteſſo.

Verum enim, quando bene promeruit, fiat: suum jus postulat.
Age jam cupio, si modò argentum reddat: sed ego hæc hariolor*:
Ubi me dixero dare tanti, testeis faciet illico,
Vendidisse me: de argento somnium: mox, cras redi: 50
Id quoque possum ferre, si modò reddat: quanquam injurium est.
Verùm cogito id, quod res est: quando eum quæstum occeperis,
Accipiunda & mussitanda injuria adolescentium est.
Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes deputo.

ACTUS II. SCENA II.

SYRUS. SANNIO.

Syr. TACE, egomet conveniam jam ipsum: cupidè accipiat faxo, atque etiam
Bene dicat secum esse actum. quid istuc, Sannio, est, quod te audio
Cum hero nescio quid concertasse? *San.* nunquam vidi iniquius
Concertationem comparatam, quàm quæ hodie inter nos fuit:
Ego vapulando, ille verberando, usque ambo defessi sumus.

Ma giacchè meco ei ſi portò sì bene,
Si faccia come vuole; ei chiede il ſuo:
Già bramo compiacerlo; purchè sborſi
Il denaro promeſſo: ma pavento;
E forſe l'indovino che nel tempo,
Ch' io dirò lui di dargliela per tanto
Che ei non faccia apparir ſubitamente
Teſtimoni, che dicano averla io
Di già venduta: e andrà l'argento in fumo:
Poi me la manderà d'oggi in domani:
Ma ſe viene il denaro, ancorchè queſto
Grave mi ſia, lo ſoffrirò con pace:
Perchè chi penſa come va la coſa,
Quando un ſi pone a fare un tal meſtiero,
Si ha a penſare al guadagno, e ſi hanno tutti
A ingollare de' giovani gli affronti;
Nè mai parlarne: ma neſſun daralli;
Ed io qui faccio i conti ſenza l'oſte.

ATTO II. SCENA II.

SIRO, E SANNIONE.

Sir. *STA cheto; andrò in perſona a ritrovarlo:*
Farò ch' egli riceva con deſio
L'argento; e farò ancora che ſi creda
Di aver fatto oggi un ottimo negozio.
Sannion, che coſa è quella, che or odo
Di un non ſo qual contraſto, oggi ſeguito
Tra te e il mio padrone? San. *Unqua non vidi*
Un contraſto più ingiuſto e diſuguale
Di quel, che oggi abbiam fatto: ſa tu i conti
Che io dall' eſſer battuto, egli dal battermi
Eramo ſtracchi e rifiniti morti.

Syr. Tua culpa. *San.* quid agerem? *Syr.* adolescenti morem gestum oportuit.

San. Quî potui melius? qui hodie usque os præbui. *Syr.* age, scis quid loquar?

PECUNIAM in loco negligere, maxumum interdum est lucrum. *San.* hui.

Syr. Metuisti, si nunc de tuo jure concessisses paululum,

Atque adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime: 10

Ne non tibi istuc fœneraret? *San.* ego spem pretio non emo.

Syr. Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines, Sannio.

San. Credo istuc melius esse: verùm ego nunquam adeò astutus fui,

Quin, quidquid possem, mallem auferre potius in præsentia.

Syr. Age, novi tuum animum; quasi quidquam tibi sint viginti minæ, 15

Dum huic obsequare: præterea autem te ajunt proficisci Cyprum. *San.* hem!

Syr. Coëmisse hinc, quæ illuc veheres, multa: navem conductam: hoc scio,

Animus tibi pendet: ubi illinc, spero, redieris, tamen hoc ages.

San. Nusquam pedem: perii hercle: hac illi spe hoc inceperunt. *Syr.* timet:

Sir.

11 *Spem pretio non emo*. Proverbium est ab Erasmo explicatum. Spem pretio emere, est lucrum incertum, & in eventu situm, certo effectare damno. Figura mutuo sumpta videtur ab illo emptionis genere, in quo consuevit alea rei, non res emi: ut si quis retium jactum emat in piscando &c. qua de re frequens mentio in Pandectis, tit. de contrahenda empt.

Sir. *Per colpa tua.* San. *E che poteva io farci?*
Sir. *Dar bisognava al giovan nell' umore.*
San. *Che potei far di piu? gli diedi infino*
Il viso, ove egli si spassasse ai pugni.
Sir. *Orsu sai tu quel, che ti voglio dire?*
Trascurare il denaro a tempo e luogo,
Alle volte è grandissimo guadagno.
San. *Oh cappita!* Sir. *Se adesso un qualche poco*
Avessi tu ceduto del tuo dritto,
E avessi fatto a modo del garzone,
Temuto avresti, pazzaccio che sei,
Che stato ciò non fosseti ad usura?
San. *Io non compro speranze.* Sir. *E tu spiantato*
Sempre sarai: via via, vatti a riporre,
Sannion, che adescar non sai la gente.
San. *Io credo che cotesto il meglio sia.*
Ma però non fui mai cotanto astuto
Che potendo pigliare, io non pigliassi
Ciò, che in man mi venisse di presente.
Sir. *Or via conobbi ben l' animo tuo*
Splendido: quasi a te prema di molto
Porti in sacchetta que' dugento scudi,
Nel secondar del mio padron le voglie.
Del resto è voce che tu passi in Cipro.
San. *Come!* Sir. *E si dice molte cose e molte*
Che hai comprate per colà portarle:
E questo io certo so che hai noleggiato
Un buon naviglio, e che non sai risolverti
Di andare o di restare: ma va pure
Che al tuo ritorno aggiusteremo i conti.
San. *Chi dice di partire? ahimè son morto!*
Colla speranza della mia partita
Han ciò fatto costoro.
Sir. *Gli vien la tremerella: oh come a tempo*

Injeci ſcrupulum homini. *San.* ô ſcelera! illud vide, 20
Ut in ipſo articulo oppreſſit: emptæ mulieres
Complures, & item hinc alia, quæ porto Cyprum.
Ni eò ad mercatum venio, damnum maxumum eſt.
Nunc ſi hoc omitto, actum agam; ubi illinc rediero,
Nihil eſt, refrixerit res: nunc demum venis? 25
Cur paſſus? ubi eras? ut ſit ſatius perdere,
Quàm aut hîc manere tam diu, aut tum perſequi.

Syr. Jamne enumeraſti id quod ad te rediturum putes?

San. Hoccine illo dignum eſt? hoccine incipere Æſchinum? 29
Per oppreſſionem ut hanc mî eripere poſtulet?

Syr. Labaſcit: unum hoc habeo: vide ſi ſatis placet:
Potius, quàm venias in periclum, Sannio,
Servesne, an perdas totum, dividuum face:
Minas decem corradet alicunde. *San.* hei mihi!
Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer.
Pudet nihil? omnes dentes labefecit mihi, 36
Præterea colaphis tuber eſt totum caput;
Etiam inſuper defrudet? nuſquam abeo. *Syr.* ut lubet.
Nunquid vis, quin abeam? *San.* imo hercle hoc quæſo, Syre, 39
Ut ut hæc ſunt facta, potius, quàm lites ſequar,

24 *Actum agam.* h. e. nihil agam. Proverbium deſumptum a foro, & judiciis, ubi non licet cauſſam iterum agere, da qua jam ſit pronuntiatum.

33 *Servesne, an perdas totum, dividuum face.* Martial. lib. 1. epigr. 75.
Dimidium donare Lino, quàm perdere totum
Qui mavult, mavult perdere dimidium.

33 *Dividuum face.* h. e. divide.

Gli ho cacciato una pulce negli orecchi!

San. *Scelerati! ora vedi come in punto*
Mi son venuti addosso, e mi hanno oppresso?
Mi trovo aver comprate molte donne,
Ed altre cose da portare in Cipro.
Se io là non vo, so male i fatti miei:
E se pria di partir qui non mi aggiusto
Con Eschino, prevedo al mio ritorno
Che pur del sacco non avrò le corde,
Perch' essi mi diranno: ora tu vieni?
Perchè sei stato tanto? ed in qual parte
Ti ritrovavi? e raffreddato affatto
Sarà l' affare: ond' è che stimo meglio
Trascurar questo credito per ora,
E andare in Cipro; e quando che io ritorni,
Far le mie parti allor per ricovrarlo.

Sir. *Hai già fatti i tuoi conti del danaro,*
Che perverratti? San. *E parti opera questa*
Di Eschino degna? volermi per forza
Rubar colei? Sir. *Già il vedo che tentenna.*
Una cosa ho da dirti, e sia tua cura
Il veder se ti torna: o correr vuoi
Il risico di perder tutto quanto,
O ti contenti sol della metade?
Ch' Eschino infin tra ugioli e barugioli
Accozzerà que' cento scudi insieme.

San. *Ah che vienmi anche in dubbio il capitale!*
Che uomo senza vergogna! i denti tutti
Mi ha sconquassati, e mi ha fatto co' pugni
Bernoccoluto tutto quanto il capo;
E di più vuol frodarmi? io vo' restare.

Sir. *Resta pure: da me brami tu nulla,*
Prima che io parta? San. *Siro mio, ti prego;*
Comunque andate siansi queste cose,

C ij

Meum mihi reddatur, saltem quanti empta est,
Syre.
Scio te non usum antehac amicitia mea;
Memorem me dices esse, & gratum. *Syr.* sedulò
Faciam: sed Ctesiphonem video: lætus est 45
De amica. *San.* quid, quod te oro? *Syr.* paulisper mane.

ACTUS II. SCENA III.

Ctesipho. Syrus.

Ctes. Abs quivis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas:
Verùm enimvero id demum juvat, si, quem æquom est facere, is benefacit.
O frater, frater, quid ego nunc te laudem? satis certò scio,
Nunquam ita magnifice quidquam dicam, id virtus quin superet tua:
Itaque unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror, 5
Fratrem homini nemini esse primarum artium magi' principem.
Syr. O Ctesipho. *Ctes.* ô Syre, Æschinus ubi est? *Syr.* ellum, te expectat domi. *Ctes.* hem!
Syr. Quid est? *Ctes.* quid sit? illius opera, Syre, nunc vivo: festivum caput!
Omnia sibi qui postputarit esse præ meo commodo,
Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in se transtulit: 10

Che mi sian resi i miei dugento scudi;
Che tanto appunto mi costò costei,
E si fugga ogni lite: pel passato
Non ti fei mai di me valuto in nulla;
Provami pure, e toccherai con mano
Come son uomo grato, e non mi scordo
De' beneficj. Sir. *Io lo farò senz' altro.*
Ma vedo Tesifone, e il vedo allegro
Per la sua amica. San. *Che già tu ti adopri,*
Per consolarmi? Sir. *Aspetta ancora un poco.*

ATTO II. SCENA III.

TESIFONE, E SIRO.

Tes. *DA qualunque persona è sempre grato,*
Quando uno ne ha bisogno, esser soccorso;
Ma il benefizio allora è grato al sommo
Che lo fa quegli, a cui si aspetta il farlo.
O fratello, fratello, e con quai lodi
Saprò onorarti? so bene io di certo
Che non dirò di te mai tanto bene;
Che tua virtù non sia più del mio dire:
Onde non vi è, secondo me, persona,
Che vanti aver simil fratello al mondo,
Nelle virtù più belle il più eccellente.
Sir. *O Tesifone?* Tes. *O Siro, ove sta Eschino?*
Sir. *Eccol là che in casa egli ti attende.*
Tes. *Oh!* Sir. *Che ci è?* Tes. *Che ci è egli? sua mercede*
Oggi son vivo, o Siro: oh galantuomo!
Che ha voluto posporre ogni sua cosa
A' miei vantaggi; e la mia colpa propria,
Gl' improperj, la fama e l' amor mio
Sopra di sè si è preso: certamente

Nihil pote supra: sed quisnam? fores crepuit.
Syr. mane, mane, ipse exit foras.

ACTUS II. SCENA IV.

ÆSCHINUS. SANNIO. CTESIPHO. SYRUS.

Æs. UBI ille est sacrilegus? *San.* men' quærit? num quidnam effert? occidi:
Nil video. *Æs.* ehem, opportune, te ipsum quærito; quid fit Ctesipho?
In tuto est omnis res: omitte verò tristitiam tuam.

Ctes. Ego illam vero omitto, qui quidem te habeam fratrem: ô mi Æschine!
O mi germane! ah vereor coram in os te laudare amplius, 5
Ne id assentandi magis, quàm quod habeam gratum, facere existumes.

Æs. Age, inepte, quasi nunc non norimus nos inter nos, Ctesipho.
Hoc mihi dolet, nos pene sero scisse, & pene in eum locum
Rediisse, ut, si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliarier.

Ctes. Pudebat. *Æs.* ah, stultitia est istæc, non pudor, tam ob parvolam 10
Rem pene e patria? turpe dictu. Deos quæso ut istæc prohibeant.

Ctes. Peccavi. *Æs.* quid ait tandem nobis Sannio?
Syr. jam mitis est.

Æs. Ego ad forum ibo, ut hunc absolvam: tu intrò ad illam, Ctesipho.

Più di quello, che se, far non potea.
Ma vedo aprirsi la porta di casa.
Sir. *Sta sta ch' egli medesimo esce fuora.*

ATTO II. SCENA IV.

ESCHINO, SANNIONE, TESIFONE, E SIRO.

Esc. *DOVE si trova quello sciaurato?*
San. *Me cerca forse, e portami qual cosa?*
Ma son morto; che sta colle man vote.
Esc. *E come a tempo, io te cercava appunto;*
Tesifone, e che fai? tutto è in sicuro:
Però dà bando a questa tua tristezza.
Tes. *Affè che io le do bando, e con ragione*
Avendo un tal fratello: o Eschino mio!
O mio german! ma son tutto paura
In seguire a lodarti a viso a viso;
Che tu forse non creda che io ciò faccia,
Più per piacerti che per gratitudine.
Esc. *E che sei pazzo? quasi che tra noi*
A conoscerci adesso incominciamo.
Sol mi duol che lo seppi troppo tardi,
E già la cosa era ridotta a tale
Misero stato che se più crescea,
Non avrebbe potuto il mondo intero
Porgerti ajuto. Tes. *Me ne vergognava.*
Esc. *Ah credi a me che fu pazzia piuttosto,*
E non vergogna, per sì poca cosa
Quasi fuor della patria? ho orror a dirlo:
E prego che gli Dei nol voglian mai.
Tes. *Feci male.* Esc. *Sannione ora che dice?*
Sir. *E' già placato.* Esc. *Andronne adesso in piazza,*
Per sbrigarlo una volta: e tu frattanto

San. Syre insta. *Syr.* eamus: namque hic properat in Cyprum. *San.* ne tam quidem:
Quamvis etiam maneo otiosus hîc. *Syr.* reddetur, ne time. 15
San. At ut omne reddat. *Syr.* omne reddet, tace modò, ac sequere hac. *San.* sequor.
Ctes. Heus, heus, Syre. *Syr.* hem, quid est? *Ctes.* obsecro hercle, hominem istum impurissimum
Quam primum absolvitote ne, si magis irritatus fiet,
Aliquà ad patrem hoc permanet, atque ego tum perpetuò perierim.
Syr. Non fiet: bono animo es: tu cum illa te intus oblecta interim, 20
Et lectulos jube sterni nobis, & parari cætera.
Ego jam transacta re, convortam me domum cum obsonio.
Ctes. Ita quæso: quando hoc bene successit, hilarem hunc sumamus diem.

19 *Ego tum perpetuò perierim.* Abdicandi filium caussæ fuerunt: si filius noctu foris cubuisset; si comessaretur; si lenones pulsasset; si libidini incumberet (Lucianus in abdicato) si paternæ voluntati repugnasset. Fab. l. 3 c. 7. & l. 7. c. 4. Plin. l. 7. cap. 45. Cod. l. 8. l. 47. de patr. potest.

23 *Ita quæso &c.* Volunt quidam & hunc versum Syri personæ adjungendum: sed Ctesiphonis verba esse, ex subditis planum est, cum dicit: *Hunc diem misere nimis cupio, ut capi perpetuum in lætitia degere.*

Va, Tesifone, a lei. San. *Insisti, Siro.*
Sir. *Andiam, perchè costui già vola in Cipro.*
San. *Non sì presto, sebben qui stiamo in ozio.*
Sir. *Sarai pagato; or via non più temere.*
San. *Ma fa che abbia l' intero.* Sir. *Il tutto avrai;*
Non dir più altro e meco vieni. San. *Io vengo.*
Tes. *Olà Siro, olà Siro.* Sir. *E chi mi chiama?*
Tes. *Di grazia, quel più presto che tu puoi,*
Disbriga questo uomaccio; acciocchè forse
Più non si sdegni, e qualche cosa intanto
Non penetri mio padre: ed io non resti
Infelice per sempre. Sir. *Ciò non fia.*
Sta pur allegro, e in questo mentre in casa
Ti trastulla con lei; quindi procura
Di ammannire le mense e l' altre cose:
Che aggiustato l' affare io torno a casa,
E meco porto un lauto companatico.
Tes. *Così ti prego a fare: e quando avvenga*
Il tutto bene, allor consumeremo
Questo giorno in piaceri e in allegrezza.

ACTUS TERTII.

SCENA PRIMA.

SOSTRATA. CANTHARA.

Sof. OBSECRO, mea tu nutrix, quid nunc fiet? *Can.* quid fiet, rogas?
Recte ædepol fpero. *Sof.* modò dolores, mea tu, occipiunt primulum.
Can. Jam nunc times, quafi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris.
Sof. Miferam me! neminem habeo, folæ fumus: Geta autem hîc non adeft;
Nec quem ad obftetricem mittam, nec qui accerfat Æfchinum. 5
Can. Pol is quidem jam hîc aderit: nam nunquam unum intermittit diem,
Quin femper veniat. *Sof.* folus mearum miferiarum eft remedium.
Can. E re nata melius fieri haud potuit, quàm factum eft, hera:
Oblatum quando vitium eft, quod ad illum attinet potiffimùm,
Talem, tali genere, tali animo, natum ex tanta familia. 10
Sof. Ita pol eft, ut dicis: falvus nobis, Deos quæfo, ut fiet.

1 *Mea tu*. *Mea* nunc pro blandimento ponitur.
2 *Dolores, mea tu, occipiunt*. Al. *dolores meatum*.
8 *E re nata*. E re nata quid fit, & paucis & dilucide explicat Budæus: res nata, inquit, dicitur quæ repente accidit, vel res, quæ nuper accidit.

ATTO TERZO.

SCENA PRIMA.

SOSTRATA, E CANTARA.

Sof. *Dimmi, nutrice mia, che faraffi ora?*
Can. *Mi chiedi che faraffi? io fpero bene.*
Sof. *Le comincian le doglie.* Can. *E già già temi,*
Quafi non abbi tu veduto mai
Partorire, o non abbi partorito?
Sof. *Mifera me, che io fon fenza veruno!*
Siamo noi fole: e Geta non fi vede;
Ed ho bifogno della levatrice,
Ed un, che vada ad Efchino, e cel chiami.
Can. *Ma certo che ei non tarderà gran cofa;*
Che non tralafcia mai giorno veruno
Che qua non venga. Sof. *Egli è il folo conforto*
Delle miferie mie. Can. *Nel fatto acerbo,*
Comunque intervenuto, nulla meglio
Di quel, che accade, egli potea accadere
Alla figliuola tua: ogni qual volta
Ricevè l' onor fuo sì grave oltraggio
Da un giovan tal, che per ragion di fangue,
E per coftumi e per ricchezze è infigne.
Sof. *Tu l' hai dipinto certamente al vivo:*
E prego il ciel che cel mantenga fano.

ACTUS III. SCENA II.

GETA. SOSTRATA. CANTHARA.

Get. NUNC illud est, quod si omnes omnia sua consilia conferant,
Atque huic malo salutem quærant, auxilii nihil afferant,
Quod mihique, heræque, filiæque herili est: væ misero mihi!
Tot res repente circumvallant, unde emergi non potest:
Vis, egestas, injustitia, solitudo, infamia. 5
Hoccine seculum? ô scelera! ô genera sacrilega! ô hominem impium!

Sos. Me miseram! quidnam est, quod sic video timidum & properantem Getam?

Get. Quem neque fides, neque jusjurandum, neque ulla misericordia
Repressit, neque reflexit, neque quod partus instabat prope,
Cui miseræ indigne per vim vitium obtulerat. *Sos.* non intelligo 10
Satis, quæ loquatur. *Can.* propius, obsecro, accedamus, Sostrata. *Get.* ah!
Me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia,
Nihil est, quod malim, quàm totam familiam dari mihi obviam,
Ut iram hanc in eos evomam omnem, dum ægritudo hæc est recens:
Satis mihi id habeam supplicii, dum illos ulciscar modò: 15
Seni animam primùm extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus:

ATTO III. SCENA II.

GETA, SOSTRATA, E CANTARA.

Get. *ORA sì che venuto egli è quel tempo,*
Che se tutti i mortali uniti insieme
Conferissero tutti i lor consigli,
Per dare a questo male alcun rimedio,
Non gli potrebber dare ajuto alcuno.
Misero me! che cosa è succeduta
A me, alla padrona ed a sua figlia!
Quante cose mi assalgon di repente!
Forza, penuria, iniquitade, infamia,
Solitudine. Oh Dei! che tempo è questo?
Oh fatto indegno! oh gente dissoluta!
Oh empio! Sos. *Ahimè tapina! e ch' è egli mai;*
Il nostro Geta? Get. *Il quale nè la fede,*
Nè il giuramento, nè misericordia
Di alcuna sorte potè raffrenare,
Nè rivolgere addietro; ancorchè il parto
Egli era sì vicin, misero frutto
Della forzata giovane da lui.

Sos. *Io non intendo ben ciò, che egli dice.*

Can. *Sostrata, a lui facciamci più vicine.*

Get. *Misero me che sono per la rabbia*
Fuor di me stesso! ed oh mi abbattess' io
In tutta quell' orribile famiglia,
Per isfogare l' ira mia con loro;
Mentre il duol, che mi affanna è fresco ancora!
Purchè io ne prenda adesso la vendetta,
Ogni supplizio mi sarà bastante.
Io vorrei pria del vecchio, il qual diè vita
A quello indegno, spegnere ad un tratto
L' anima: e quindi Siro istigatore,

Tum autem Syrum impulsorem, vah! quibus illum lacerarem modis!
Sublimem medium primùm arriperem, & capite in terram statuerim;
Ut cerebro dispergat viam:
Adolescenti ipsi oculos eriperem, post hæc præcipitem darem: 20
Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem.
Sed cesso hoc malo heram impertiri propere? *Sos.* revocemus. Geta. *Get.* hem!
Quisquis es, sine me. *Sos.* ego sum Sostrata. *Get.* ubi ea est? te ipsam quærito:
Te exspecto: oppidò opportune te obtulisti mî obviam,
Hera. *Sos.* quid est? quid trepidas? *Get.* hei mihi! *Sos.* quid festinas, mi Geta? 25
Animam recipe. *Get.* prorsu'. *Sos.* quid istuc prorsus ergo est? *Get.* periimus.
Actum est. *Sos.* eloquere, obsecro te quid sit. *Get.* jam. *Sos.* quid jam, Geta?
Get. Æschinus. *Sos.* quid ergo is? *Get.* alienus est ab nostra familia. *Sos.* hem!
Perii: quare? *Get.* amare occepit aliam. *Sos.* væ miseræ mihi.
Get. Neque id occulte fert: a lenone ipsus eripuit palam. 30
Sos. Satin' hoc certum? *Get.* certum: hisce oculis egomet vidi, Sostrata. *Sos.* ah!
Me miseram! quid credas jam? aut cui credas? nostrumne Æschinum?
Nostram vitam omnium, in quo nostræ spes opesque omnes sitæ erant?

Oh in quanti modi lacerar vorrei!
Vorrei afferrarlo in mezzo della vita,
Alzarlo in aria; e poi sbacchiargli il capo
Subito in ſul terreno, e di cervella
Sparger la via: vorrei di più allo ſteſſo
Giovane cacciar gli occhi, e poi gettarlo
In qualche precipizio: e tutti gli altri
Io vorrei rovinar, vorrei diſpergere,
Arraffare, peſtare, al ſuol proſternere.
Ma che più tardo che sì rea novella
Non reco alla padrona? Sof. *Richiamiamlo,*
Acciocchè torni indietro: o Geta, o Geta.

Get. *Oh, ſiaſi chi ſi vuol, mi laſci andare.*

Sof. *Soſtrata io ſono.* Get. *E dove ſei? te ſteſſa*
Appunto io cerco; e ſol te ſteſſa aſpetto.
Oh come a tempo mi veniſti avanti!

Sof. *Coſa hai? di che paventi?* Get. *Ahimè tapino!*

Sof. *Non aver tanta fretta: prendi fiato.*

Get. *Affatto...* Sof. *E che coſa è coteſto affatto?*

Get. *Perimmo: ella è finita.* Sof. *In grazia dimmi*
Queſta coſa. Get. *Ora mai.* Sof. *Che ora mai, Geta?*

Get. *Eſchino...* Sof. *Dunque che coſa ha egli fatto?*

Get. *Più bene ei non ci vuol.* Sof. *Come? ſon morta!*
E perchè queſto? Get. *Perchè egli ama un' altra.*

Sof. *Oh me infelice!* Get. *E non occulto è il fatto.*
Egli ſteſſo ſtrappolla dalle mani
Del reo mezzano a viſta di ciaſcuno.

Sof. *E ciò tu ſai di certo?* Get. *Il ſo pur troppo;*
Che l' ho veduto con queſti occhi propri.

Sof. *Ah me tapina! a cui da oggi innante*
Credere potrò io, oppur dar fede?
Il noſtro Eſchino dunque, Eſchino, vita
Di tutti noi, in cui eran ripoſte
E le ſperanze e le ricchezze noſtre,

Qui ſine hac jurabat ſe unum nunquam victurum diem?
Qui in ſui gremio poſiturum puerum dicebat patris? ita 35
Obſecraturum, ut liceret hanc uxorem ducere?
Get. Hera, lacrumas mitte, at potius, quod ad hanc rem opus eſt, porro conſule;
Patiamurne, an narremus cuipiam? *Can.* au, mi homo, ſanuſne es?
An hoc proferendum tibi uſquam eſſe videtur? *Get.* mihi quidem non placet.
Jam primùm, illum alieno animo a nobis eſſe, res ipſa indicat. 40
Nunc ſi hoc palam proferimus, ille inficias ibit, ſat ſcio:
Tua fama, & gnatæ vita in dubium veniet: tum ſi maxime
Fateatur, cùm amet aliam, non eſt utile hanc illi dari.
Quapropter, quoque pacto tacito eſt opus. *Soſ.* ah? minime gentium:
Non faciam. *Get.* quid ages? *Soſ.* proferam. *Get.* hem, mea Soſtrata, vide quam rem agas.
Soſ. Pejore res loco non potis eſt eſſe, quàm in hoc, quo nunc ſita eſt, 46
Primùm indotata eſt: tum præterea, quæ ſecunda ei dos erat,
Periit: pro virgine dari nuptum non poteſt: hoc reliquom eſt,
Si inficias ibit, teſtis mecum eſt annulus, quem amiſerat.

Che

Che senza di costei giurava sempre
Che non saria vissuto un giorno solo;
E che diceva che nel propio grembo
Si avrebbe accolto dolcemente il figlio,
E che tanto averia pregato il padre
Che questa in moglie si sarebbe presa.
Eschino.... Get. *Lascia il piangere da parte,*
E piuttosto vediam quel, che può farsi
In tale stato: se tacer la cosa,
Ovvero raccontarla a qualcheduno.

Can. *Ohe ohe, Geta mio, sei forse pazzo?*
E ti par cosa questa mai da dirsi?

Get. *A me certo non piace: in primo luogo*
Che egli non ci ami più, ce lo dimostra
Il fatto stesso: or io ben so di certo
Che se noi svelerem questo segreto,
Ei negherallo; e allora verrà in dubbio
La tua fama, e la vita della figlia.
Ma concediamo ancor che non lo neghi:
Quando ami un' altra, non vedi il gran danno
Di tua figlia, se seco si marita?
Talchè si dee celar per ogni conto.

Sof. *Celarlo? oh questo no: nol farò mai.*

Get. *Che dici tu?* Sof. *Lo voglio pubblicare.*

Get. *Vedi, Sostrata mia, quel, che tu fai.*

Sof. *Non può in stato peggiore esser la cosa*
Di quel, che sia: in primis non ha dote;
E l' altra, che ella avea dote migliore,
Le è stata tolta; e non si può più dare
Per vergine ad alcuno: questo solo
Ci resta, in caso che negar lo voglia;
Un anello, ch' ei perse, e che io ritengo
Meco per testimonio di quel fatto.
In fin quando non ho verun rimorso

Poſtremò, quando ego conſcia mî ſum, a me
culpam hanc procul eſſe, nec 50
Pretium, neque rem ullam interceſſiſſe * illa, aut
me, indignam; experiar, Geta.

Get. Quid iſtic? accedo, ut melius dicas. *Soſ.* tu,
quantùm potes, abi,
Atque Hegioni cognato hujus rem omnem narrato ordine.
Nam is noſtro Simulo fuit ſummus, & nos coluit maxume.

Get. Nam hercle alius nemo reſpicit nos. *Soſ.* propera tu, mea Canthara, 55
Curre, obſtetricem accerſe, ut, cùm opus ſit,
ne in mora nobis ſiet.

ACTUS III. SCENA III.

DEMEA. SYRUS.

Dem. DISPERII, Cteſiphonem audivi filium
Unà fuiſſe in raptione cum Æſchino.
Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt,
Qui alicui rei eſt, etiam ad nequitiem abducere.
Ubi ego illum quæram? credo abductum in ganeum
Aliquò, perſuaſit ille impurus, ſat ſcio. 6
Sed eccum ire Syrũ video: hinc ſcibo jam, ubi ſiet.
Atque hercle hic de grege illo eſt: ſi me ſenſerit

5 *Abductum in ganeum.* Ganeum, ut ait Pompeius, antiqui locum abditum, ac velut ſub terra dixerunt: pro lupanari ac ſcortorum poſtribulo fere ſemper ſumitur. Varro. *Qui ſeſe in ganeum accenſum conjecit amicæ.*

6 *Impurus.* Hic pro improbo ponitur.

Di avere oprato male, e che ſo bene
Che queſta colpa ella è da me lontana,
E che nè prezzo, nè altra coſa indegna,
O di eſſa oppur di me ſi è framezzata;
Andrò in giudizio, e farò ben valere
Le mie ragioni. Get. *E chi vuol contradirti?*
Vengo nel tuo parer del mio più ſaggio.
Sof. *Vanne ſpeditamente quanto puoi*
Ad Egion, parente di mia figlia;
E gli narra per ordine e per filo
La coſa: ei fu del noſtro Simoncino
Amico ſommo, e a noi ſempre ha moſtrato
Amore e riverenza. Get. *Certamente*
Da lui in fuor niun altro ci riguarda.
Sof. *E tu, Cantara mia, corri e ti affretta:*
Chiama la levatrice, onde al biſogno
Non ſi abbia da aſpettare.

ATTO III. SCENA III.

DEMEA, SIRO.

SON diſperato! che mi è ſtato detto
Che Teſifone inſieme fu con Eſchino
Nella rapina: ci manca ſol queſto
Di male a me infelice! ſe coſtui,
Che è buono a qualche coſa, mi vien guaſto
Da quello ſciaurato. Ora in qual parte
Ritroverollo? l' averan condotto
Senza dubbio da qualche meretrice,
Perſuaſo da quello ſcelerato.
Sarà certo così: ma veggio Siro.
Ora ſaprò da lui dove egli ſia.
Egli è di lor combriccola: ſe punto

Eum quæritare, nunquam dicet carnufex.
Non oftendam id me velle. 10

Syr. Omnem rem modò feni,
Quo pacto fe haberet, enarramus ordine.
Nil quidquam vidi lætius. *Dem.* prô Jupiter!
Hominis ftultitiam! *Syr.* collaudavit filium:
Mihi, qui id dediffem confilium, egit gratias. 15

*Dem.*Difrumpor. *Syr.* argentum adnumeravit illico:
Dedit præterea in fumptum dimidium minæ:
Id diftributum fane eft ex fententia. *Dem.* hem!
Huic mandes, fi quid recte curatum velis.

Syr. Hem! Demea, haud afpexeram te: quid agitur?

*Dem.*Quid agatur? voftram nequeo mirari fatis 21
Rationem. *Syr.* eft hercle inepta, ne dicam dolo, atque
Abfurda: pifces cæteros purga, Dromo:
Congrum iftum maxumum in aqua finito ludere
Paulifper: ubi ego venero, exoffabitur; 25
Prius nolo. *Dem.* hæccine flagitia? *Syr.* mihi quidem non placent:
Et clamo fæpe: falfamenta hæc, Stephanio,
Fac macerentur pulcre. *Dem.* dii, voftram fidem!
Utrum ftudione id fibi habet, an laudi putat
Fore, fi perdiderit gnatum? væ mifero mihi! 30
Videre videor jam diem illum, cùm hic egens
Profugiet aliquò militatum. *Syr.* ô Demea!

11 *Omnem rem*. Quidam hanc fcenam in duas fecantes, hic alteram incipiunt.

23 *Atque abfurda*. *Ineptum*, eft ftultum tantùm: *abfurdum*, quod & ftultum eft, & in ipfa ftultitia diverfum, & quafi repugnans fibi.

24 *Congrum iftum*. Conger, vel congrus anguilla marina eft.

Si accorge che io lo cerchi, ella è finita;
Nè mai potronne ricavar costrutto:
Però non mostrerò di averne voglia.

Sir. *Ho raccontato adesso al nostro vecchio*
Come andasse la cosa ad un puntino:
Nè di lui vidi mai cosa più lieta.

Dem.*Oh sommo Giove, che stoltezza d' uomo!*

Sir. *Diede lodi al figliuolo; a me infinite*
Grazie per lo consiglio. Dem. *Ardo di sdegno.*

Sir. *Contò al mezzano subito il denaro,*
E diede cinque scudi per le spese:
E questi gli ho divisi a gusto mio.

Dem.*Cappita! chi vuol ben fatte le cose*
Non tralasci costui. Sir. *Oh mio Demea,*
Non ti avea visto: che stai qui facendo?

Dem.*Quello, che faccio? non posso abbastanza*
Maravigliarmi di questa maniera
Del viver vostro. Sir. *Al certo è scimunita;*
Per non dire furbesca e disonesta.
Dromon, pulisci tutti gli altri pesci;
Ma cotesto bel rombo per un poco
Lascialo saltellar dentro dell' acqua:
Al mio ritorno poi gli leverai
Tutte le lische; ma non farlo prima.

Dem.*E ho da vedere iniquità sì fatte?*

Sir. *Neppure l' approvo io; e assai sovente*
Le biasimo. Stefanio, bada bene
Che restan dissalate queste cose.

Dem.*Oh Dei la vostra fede! o vuol costui*
Con studio e apposta rovinare il figlio,
O di ciò crede riportarne lode?
Misero me! già parmi di vedere
Quel dì, nel qual ei povero e ramingo
Di qui si parta, e vada a qualche guerra.

ISTUC EST SAPERE, non quod ante pedes modò eſt,
Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt,
Proſpicere. *Dem.* quid? iſtæc jam penes vos pſaltria eſt? 35
Syr. Ellam intus. *Dem.* eho, an domi eſt habiturus? *Syr.* credo, ut eſt
Dementia. *Dem.* hæccine fieri? *Syr.* inepta lenitas
Patris, & facilitas prava. *Dem.* fratris me quidem
Pudet pigetque. *Syr.* nimium inter vos, Demea, ac
Non, quia ades præſens, dico hoc, pernimium intereſt. 40
Tu, quantus quantus, nihil niſi ſapientia es:
Ille, ſomnium: ſineres verò illum tu tuum
Facere hæc? *Dem.* ſinerem illum? annon ſex totis menſibus
Prius olfeciſſem, quàm ille quidquam cœperit?
Syr. Vigilantiam tuam tu mihi narras? *Dem.* ſic ſiet
Modo, ut nunc eſt. *Syr.* UT QUISQUE SUUM vult eſſe, ita eſt. 46
Dem. Quid eum? vidiſtin' hodie? *Syr.* tuumne filium?
(Abigam hunc rus) jam dudum aliquid ruri agere arbitror.
Dem. Sati' ſcis tibi eſſe? *Syr.* oh, qui egomet produxi. *Dem.* optume eſt.
Metui ne hæreret hìc. *Syr.* atque iratum admodum. 50
Dem. Quid autem? *Syr.* adortus jurgio fratrem apud forum
De pſaltria iſtac. *Dem.* ain' vero? *Syr.* vah, nil reticuit:

Sir. *Oh Demea, oh cotesto egli è sapere,*
Non veder sol quel, che ti sta tra' piedi,
Ma preveder ancor quel, che è futuro!
Dem.*Dimmi un poco, ella è poi la cantatrice*
In vostra mano? Sir. *Già l' abbiamo in casa.*
Dem.*O che? vuol forse in casa sua tenerla?*
Sir. *Egli è sì pazzo da far questo ed altro.*
Dem.*E soffrirò veder sì fatte cose?*
Sir. *La sciocca dabbenaggine e la trista*
Facilità del padre, di ogni male
Sono cagione. Dem. *Ho rossor del fratello,*
E me ne incresce. Sir. *Fra lui e te, Demea,*
Nè dico ciò perchè mi sii presente,
Ci è troppa differenza, a dirla giusta.
Tu quanto quanto sei, sei tutto saggio:
Quell' altro è un mero sogno, un capo voto.
Lascerești a quel tuo mai far tai cose?
Dem.*Che io far gliele lasciassi? e non ne avrei*
Sei mesi prima avuto già sentore
Ch' ei pensasse di por le mani a nulla?
Sir. *La vigilanza tua tu a me racconti?*
Dem.*Sempre il mio così sia, conforme è ora.*
Sir. *Il suo sempre tal è, quale un lo vuole.*
Dem.*Dimmi, oggi hai tu veduto?..* Sir. *Vuoi dir forse*
Il tuo figlio? (cacciar voglio costui
In villa) io credo che egli già di un pezzo
Sia in campagna, e vi operi qual cosa.
Dem.*Ma di certo lo sai che egli vi sia?*
Sir. *Oh se io ve l' ho condotto.* Dem. *Ottimamente:*
Ch' ebbi timor che qui non si attaccasse.
Sir. *Ei fumava di sdegno.* Dem. *E per qual causa?*
Sir. *Alzò la voce in piazza col fratello,*
A cagione di quella cantatrice.
Dem.*Dì tu davvero?* Sir. *O che? lasciò parola*

Nam, ut numerabatur forte argentum, intervenit
Homo de improviso: cœpit clamare; ô Æſchine,
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere 55
Indigna genere noſtro? *Dem.* oh, lacrumo gaudio.

Syr. Non tu hoc argentum perdis, ſed vitam tuam.

Dem. Salvos ſit: ſpero, eſt ſimilis majorum ſuûm.
Syr. hui!

Dem. Syre, præceptorum plenus iſtorum ille. *Syr.* phy!
Domi habuit, unde diſceret. *Dem.* fit ſedulo:
Nil prætermitto: conſuefacio: denique 61
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, in vitas omnium
Jubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.
Hoc facito. *Syr.* recte ſane. *Dem.* hoc fugito.
Syr. callide.

Dem. Hoc laudi eſt. *Syr.* iſtæc res eſt. *Dem.* hoc vitio datur.

Syr. Probiſſume. *Dem.* porro autem. *Syr.* non hercle otium eſt
Nunc mihi auſcultandi: piſces ex ſententia
Nactus ſum: hi mihi ne corrumpantur, cautio eſt.
Nam id nobis tam flagitium eſt, quam illa, Demea,
Non facere vobis, quæ modò dixti: &, quod queo, 70
Conſervis ad eundem iſtunc præcipio modum.
Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parum:

59 *Phy*! Al. *philoſophos* habent, ſed depravate ſive in fine hujus verſus, ſive in principio ſequentis legatur.

62 *Inſpicere tanquam in ſpeculum &c.* Notum eſt illud Socratis monentis juvenes, ut conſulerent ſpeculum, & ſibi pulcram formam adſtruerent. Platonis item jubentis ebrios & iratos in ſpeculo ſe contemplari, ut viſâ deformitate vitia fugerent. v. Phædri fabulam 7. lib. 3.

Da dirsi, per riprenderlo aspramente?
Anzi nell' atto, che 'l denar promesso
Si sborsava al mezzan per la ragazza,
Improvviso comparve, e irato disse:
Eschino, e ben fai tu sì triste cose?
E così infami la nostra famiglia?

Dem. *Ah piango dalla gioja!* Sir. *Tu non perdi*
Questo argento, ma perdi la tua vita.

Dem. *Viva egli: e spero che sarà simile*
Agli antenati suoi. Sir. *Cappita!* Dem. *Siro,*
Di tai precetti egli è ripieno zeppo.

Sir. *Che stupore, se egli ha il maestro in casa!*

Dem. *Oh in questo ci sto tutto, e non mai lascio*
Passargliene veruna; e in guisa tale
A bene oprar l' avvezzo: finalmente
Gli comando che come in uno specchio
Egli contempli di ciascun la vita,
E quindi apprenda dall' azioni altrui
A farsi esempio e regola a sè stesso.
Questo, dico, è da farsi. Sir. *Bene al certo.*

Dem. *Quest' altro è da fuggirsi.* Sir. *Con giudizio.*

Dem. *Questo degno è di lode.* Sir. *Util consiglio.*

Dem. *Questo di biasmo.* Sir. *Insegnamento raro.*

Dem. *Ma per meglio spiegarmi....* Sir. *Non ho tempo*
Or di ascoltarti; che mi son comprati
Que' pesci a gusto mio, e a me si aspetta
Lo stare attento, onde non vadan male;
Che tanto a noi si ascriverebbe a colpa
Una tal negligenza, quanto a voi
Quelle cose non far, che avete detto.
Però nel modo stesso a' miei conservi
Che al figlio tu comandi, io pur comando.
Questo è troppo salato, arsiccio troppo
E' questo; e lavato han poco questo altro;

Illud recte, iterum sic memento: sedulo
Moneo, quæ possum, pro mea sapientia:
Postremò, tanquam in speculum, in patinas, Demea, 75
Inspicere jubeo, & moneo quid facto usus sit.
Inepta hæc esse, nos quæ facimus, sentio.
Verùm, quid facias? UT HOMO EST, ita morem geras.
Nunquid vis? *Dem.* mentem vobis meliorem dari.

Syr. Tu rus hinc ibis? *Dem.* recta. *Syr.* nam quid tu hîc agas, 80
Ubi, si quid bene præcipias, nemo obtemperet?

Dem. Ego verò hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram,
Rus abiit: illum curo unum: ille ad me attinet,
Quando ita volt frater: de istoc ipse viderit.
Sed quis illic est, quem video procul? estne hic Hegio 85
Tribulis noster? si satis cerno, is hercle est: vah!
Homo amicus nobis jam inde a puero. Dii boni!
Næ illiusmodi jam magna nobis civium
Penuria est; antiqua homo virtute ac fide.
Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice. 90
Quàm gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias
Restare video! vah! vivere etiam nunc lubet.
Operiar hominem hîc, ut salutem, & conloquar.

86 *Tribulis noster*. Tribulis pro contribulis. Populus atheniensis distributus erat in tribus duodecim ad mensium numerum. Rursum unaquæque tribus in triginta genera, quemadmodum vocant, ad dierum numerum. Unde geniti vocabantur, non conjuncti sanguinis propinquitate, sed in eandem tribus partem adsciti.

89 *Antiqua homo virtute ac fide*. h. e. Simplici, pura, ingenua. Cic. l. 2. de leg. *Antiquitas proxime ad Deos accedit*. Et pro Roscio. *Homines antiqui*, h. e. simplices ac probi.

Quello è squisito raro: un' altra volta
Che tu lo debba cuocer, ti rammenta
Di non mutare intingoli: ed a tutti
Per quanto so, do regole e precetti.
In fin comando lor che fissin gli occhi
Nelle stoviglie come in uno specchio,
E mostro lor come hansi a contenere.
So che son tutte inezie queste nostre;
Ma pur che si ha da fare? è di mestiero
Secondar l' uomo, conforme egli è fatto.
Vuoi da me nulla? Dem. *Che vi sia concessa*
Una mente migliore. Sir. *Or vai tu in villa?*
Dem.*A dirittura.* Sir. *Tanto qui che fai,*
Dove alcuno non bada a' tuoi consigli?
Dem.*Certo che voglio andarvi ogni qualvolta*
Colà quegli si trova, per cui solo
Qua venni: quello io curo unicamente,
E quegli solo mi appartien; quest' altro,
Giàcche così la vuole il mio fratello,
Egli curi a suo modo: ma colui
Chi esser può, che da lontano io veggio?
E non è forse Egion mio paesano?
Se l' occhio non m' inganna, al certo è desso:
Amico nostro infino da fanciullo.
Oh buoni Dei, di questa sorta al certo
D' uomini in oggi è gran penuria al mondo!
Uomo di fede e di virtude antica.
Oh questi sì che al pubblico vantaggio
O farà bene, o non farà mai danno.
Quanto mi allegro mai, quando che io veggio
Restare ancora di sì fatta gente
Alcuno avanzo! oh quanto mi compiaccio
Vederlo vivo! lo vo' qui aspettare,
Per salutarlo e ragionar con lui.

ACTUS III. SCENA IV.

HEGIO. GETA. DEMEA. PAMPHILA.

Heg. PRô Dii immortales! facinus indignum, Geta.
Quid narras? *Get.* ſic eſt factum. *Heg.* ex illan' familia
Tam illiberale facinus eſſe ortum! ô Æſchine,
Pol haud paternum iſtuc dediſti. *Dem.* videlicet
De pſaltria hac audivit: id illi nunc dolet 5
Alieno; pater is nihil pendit: hei mihi!
Utinam hîc prope adeſſet alicubi, atque audiret hæc.
Heg. Ni facient quæ illos æquum eſt, haud ſic auferent.
Get. In te ſpes omnis, Hegio, nobis ſita eſt:
Te ſolum habemus: tu es patronus, tu parens: 10
Ille tibi moriens nos commendavit ſenex.
Si deſeris tu, periimus. *Heg.* cave dixeris:
Neque faciam, neque me ſatis pie poſſe arbitror.
Dem. Adibo: ſalvere Hegionem plurimum
Jubeo. *Heg.* oh! te quærebam ipſum: ſalve, Demea. 15
Dem. Quid autem? *Heg.* major filius tuus Æſchinus,
Quem fratri adoptandum dediſti, neque boni,
Neque liberalis functus officium eſt viri.

6 *Pater is*. Al. *Pater id*. *Nihil*. Al. *nihili*.
6 *Pater*. h. e. Mitio. qui illum adoptavit.
18 *Functus officium eſt*. Alii ita collocant *functus eſt officium*.

ATTO III. SCENA IV.

EGIONE, GETA, DEMEA, E PANFILA.

Eg. *Per gl' immortali Dei, che fatto indegno,*
Geta! cosa mi narri? Get. *Egli è in tal guisa.*
Eg. *Un' opra sì villana, e come mai*
Potette uscir da simile famiglia?
Oh Eschin, certamente al tuo buon padre
In questo non somigli. Dem. *Egli sicuro*
Udito ha il fatto della cantatrice:
E gliene duole ancorchè non parente;
Ed a suo padre non importa un zero.
Misero me! volesse almeno il cielo
Ch' ei stesse qui vicino in qualche luogo,
E udisse queste cose. Eg. *Se avventura*
Essi far non vorran ciò, ch' è dovere,
Non se la passeranno impunemente.
Get. *Egione, tutta in te stassi riposta*
La nostra speme: abbiam te solo al mondo:
Tu nostro difensor, tu nostro padre;
A te solo morendo il nostro vecchio
Raccomandocci: e se tu ci abbandoni,
Eccoci rovinati. Eg. *Non dir mai*
Sì fatte cose: io sempre assisterovvi;
Nè per quanto farò, farò giammai
Più di quel, che richiede la pietade.
Dem. *Andronne a lui: Egione, io ti saluto.*
Eg. *Appunto io ti cercava: il ciel ti salvi,*
Demea. Dem. *Ed a qual fine?* Eg. *Eschino tuo*
Maggior figliuol, che desti al tuo fratello
In adozione, egli ha fatto tal cosa,
Che ad uomo buono e onesto si disdice.

Dem. Quid iſtuc? *Heg.* noſtrum amicum noras Simulum: atque
Æqualem? *Dem.* quid ni? *Heg.* filiam ejus virginem 20
Vitiavit. *Dem.* hem! *Heg.* mane, nondum audiſti, Demea,
Quod eſt graviſſimum. *Dem.* an quid eſt etiam amplius?
Heg. Vero, amplius? nam hoc quidem ferundum aliquo modo eſt;
Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia:
Humanum eſt: ubi ſcit factum, ad matrem virginis 25
Venit ipſus ultro, lacrumans, orans, obſecrans,
Fidem dans, jurans ſe illam ducturum domum.
Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt: virgo ex eo
Compreſſu gravida facta eſt: menſis hic decimus eſt:
Ille bonus vir nobis pſaltriam, ſi diis placet, 30
Paravit, quicum vivat, illam deſerit.
Dem. Pro certon' tu iſtæc dicis? *Heg.* mater virginis
In medio eſt, ipſa virgo, res ipſa: hic Geta
Præterea, ut captus eſt ſervorum, non malus,
Neque iners, alit illas, ſolus omnem familiam 35
Suſtentat: hunc abduce, vinci: quære rem.
Get. Imo hercle extorque, niſi ita factum eſt, Demea;
Poſtremò non negabit, coram ipſum cedo.

24 *Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia*. Plaut. in Bacch.
Quia iſthoc illecebroſius fieri nihil poteſt;
Nox, mulier, vinum, homini adoleſcentulo. Et Ovid.
Nox & amor, vinumque nihil moderabile ſuadent.
Illa pudore vacat, Liber, amorque metu.
Proximum huic & ſimile in Hecyra. act. 1. ſc. 2. v. 63.

Dem. *Che cosa è questa?* Eg. *Hai pur tu conosciuto*
Il nostro amico Simoncino, e nostro
Compagno? Dem. *Senza dubbio.* Eg. *Alla sua figlia*
Fe forza e villania. Dem. *Come?* Eg. *Trattienti*
Che non ti ho detto ancor quel, che è più grave.
Dem. *E può crescer la colpa?* Eg. *E quanto mai!*
Perchè ciò si potrebbe in qualche modo
Soffrir: lo persuase a tale impresa
L' amor, la notte, il vin, la giovanezza:
E' cosa umana: quando ei seppe il fatto,
Corse a trovar la madre della vergine
Di sua voglia, e tra lagrime e preghiere,
E suppliche le diè parola ferma
Di prender la sua figlia per consorte.
Gli fu rimesso il fallo; fu taciuto;
E alle parole sue fu dato fede.
Gravida la rese. egli in quella sera;
Ed è già entrata nel decimo mese:
E quel buon uomo, se pur piace ai Dei,
Si è comprato una bella cantatrice,
Per viver seco; ed abbandona or questa.
Dem. *E cose tali tu le sai di certo?*
Eg. *La madre della vergin, ella è pronta*
A mantenerle, e la vergine stessa,
E il fatto istesso: in oltre egli è qui Geta,
Uom, per quel, che comporta il grado suo,
Non tristo nè vigliacco, ei la governa,
E mantien solo tutta la famiglia:
Questo teco ti porta e l' incatena;
E ricerca da lui se io narro il vero.
Get. *Anzi di più mi strazia e mi tormenta,*
Se la cosa non è siccome ei dice:
Ma neppur il tuo figlio negherallo,
Se a lui medesmo lo domanderai.

Dem. Pudet: nec, quid agam, neque quid huic respondeam,
Scio. *Pam.* Miseram me! differor doloribus: 40
Juno Lucina, fer opem, serva me, obsecro. *Heg.* hem!
Numnam illa, quæso, parturit? *Get.* certe, Hegio. *Heg.* hem!
Illæc fidem nunc vostram implorat, Demea.
Quod vos jus cogit, id voluntate impetret.
Hæc primùm ut fiant, Deos quæso, ut vobis decet: 45
Sin aliter animus voster est, ego, Demea,
Summa vi defendam hanc atque illum mortuum.
Cognatus mihi erat: unà a pueris parvoli
Sumus educti: unà semper militiæ, & domi
Fuimus: paupertatem unà pertulimus gravem.
Quapropter nitar, faciam, experiar, denique 51
Animam relinquam potius quàm illas deseram.
Quid mihi respondes? *Dem.* fratrem conveniam, Hegio:
Is quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar.
Heg. Sed, Demea, hoc tu facito cum animo cogites,
Quàm vos facillime agitis, quàm estis maxume 56
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maxume vos æquo animo æqua noscere
Oportet, si vos voltis perhiberi probos.
Dem. Redito; fient, quæ fieri æquom est, omnia. 60
Heg. Decet te facere: Geta, duc me intrò ad Sostratam.

48 *Parvoli*. Al. *nos parvoli*.
52 *Illas*. Al. *illum*.
54 *Id sequar*. Al. *Id exequar*.
55 *Tu facito cum*. Al. *Tu facito tecum*. Al. *facito ut tecum*.

Dem. *Mi vergogno, nè so più che mi fare,*
Nè che cosa rispondere a costui.
Panf. *Misera me, io muojo di dolore!*
Giunon Lucina ajutami, ti prego,
E salvami da morte. Eg. *Oh ch' ella forse*
Adesso partorisce? Get. *Certamente.*
Eg. *Olà Demea, la vostra fede implora*
Panfila adesso; e pregavi a volere
Concederle con grazia e di buon cuore
Quello, che a lei perviensi di giustizia:
E supplico gli Dei che queste cose
Si faccian presto, come a voi conviensi.
Se poi voi siete di parer diverso,
Son qui, Demea, per lei; difenderolla
Col morto padre suo quanto più posso.
Egli mi era parente; da fanciulli
Siamo stati allevati; e in guerra e in pace
Sempre noi stemmo insieme; e insieme ancora
La dura povertà noi sopportammo:
Per lo che sforzerommi, e farò tutto,
Moverò lite acerba; ed alla fine
Lascerò pria la vita che colei.
Che ne dì tu? Dem. *Sarò col mio fratello;*
E su questo farò quel, che mi dice.
Eg. *Ma tu, Demea, raccogliti in te stesso,*
E pensa bene che quanto voi siete
E comodi e potenti, e ricchi e nobili,
E felici, altrettanto vi bisogna
Con giusta mente far le cose giuste;
Altrimenti non fia possibil mai
Che abbiate nome di buoni e di onesti.
Dem. *Ritorna in breve; e noi vedremo intanto*
Che le cose si facciano a dovere.
Eg. *Farai ciò, che al tuo essere conviene.*

Dem. Non me indicente, hæc fiunt: utinam hoc ſit modò
Defunctum: verùm nimia illæc licentia
Profecto evadet in aliquod magnum malum.
Ibo, requiram fratrem, ut in eum hæc evomam. 65

ACTUS III. SCENA V.

HEGIO.

Heg. BONO animo fac ſis, Soſtrata, & iſtam, quàm potes,
Fac conſolere: ego Mitionem, ſi apud forum eſt,
Conveniam: atque, ut res geſta eſt, narrabo ordine.
Si eſt, ut facturus officium ſiet ſuum,
Faciat: ſin aliter de hac re ejus ſententia eſt, 5
Reſpondeat mî, ut, quid agam, quàm primùm ſciam.

1 *Bono animo &c.* In quibuſdam exemplaribus ſex iſti verſus pro genuinis non feruntur, quod jam olim notavit Donatus.

1 *Bono animo fac ſis, Soſtrata &c.* Inter excundum hæc intrò ad Soſtratam loquitur Hegio, ut mos eſt perſonis comicis.

A Sostrata mi guida adesso Geta.
Dem. *Queste cose non fansi di mia voglia;*
Ed oh piacesse a Dio che qui finito
Vedessi tutto il male; ma la troppa
Dabbenaggin del mio sciocco fratello,
Temo che un giorno in qualche precipizio
Non ci abbia da mandar: voglio cercarlo,
E sfogarmi con lui di queste cose.

ATTO III. SCENA V.

EGIONE.

CERCA, Sostrata, pur di stare allegra,
E conforta costei quanto tu puoi:
Io vedrò se Mizion a caso è in piazza:
Se vi è, narrerò lui tutta la cosa
Per ordine, conforme ella è accaduta.
Se egli vorrà fare il dover, lo faccia;
Se poi non vorrà farlo, me lo dica,
Onde io possa pigliar le mie misure.

ACTUS QUARTI.

SCENA PRIMA.

Ctesipho. Syrus.

Ctes. Ain' patrem hinc abiisse rus? *Syr.* jam dudum. *Ctes.* dic sodes. *Syr.* apud
Villam est: nunc cum maxume operis aliquid facere credo. *Ctes.* utinam quidem,
Quod cum salute ejus fiat, ita se defatigarit velim,
Ut triduo hoc perpetuo e lecto prorsus nequeat surgere.
Syr. Ita fiat, & istoc si quid potis est rectius. *Ctes.* ita, nam hunc diem 5
Misere nimis cupio, ut cœpi, perpetuum in lætitia degere:
Et illud rus nulla alia caussa tam male odi, nisi quia prope est.
Quod si abesset longius,
Prius nox oppressisset illic, quàm huc revorti posset iterum.
Nunc, ubi me illic non videbit, jam huc recurret, sat scio: 10
Rogitabit me, ubi fuerim: quem ego hodie toto non vidi die.
Quid dicam? *Syr.* nihilne in mentem? *Ctes.* nunquam quidquam. *Syr.* tantò nequior.
Cliens, amicus, hospes nemo est vobis? *Ctes.* sunt: quid postea?

6 *Misere nimis.* Al. *Mi Syre.*
9 *Oppressisset illic.* Al. *oppressisset patrem illic.*
12 *Nihilne in mentem?* Al. *nihil nunc in mente.* Al. *nihilne in mente est?*

ATTO QUARTO.

SCENA PRIMA.

TESIFONE, E *SIRO*.

Tes. *Di' tu che 'l padre mio portossi in villa?*
Sir. *Egli è un bel pezzo.* Tes. *E dici ciò davvero?*
Sir. *Ei vi è del certo: e già parmi vederlo*
Là per que' campi tutto affaccendato.
Tes. *Così pur faccia, e sia con sua salute:*
Anzi vorrei che faticasse tanto
Che non uscisse per tre giorni intieri
Dal letticiuolo suo per la stanchezza.
Sir. *Così ne avvenga, e avvenga ancor di meglio,*
Se avvenir puote. Tes. *Certamente che io*
Mi consumo di voglia di finire
Con quel piacere tutto questo giorno,
Col qual l' ho principiato: e quella villa
Non per altra cagion tanto ebbi in odio
Se non perchè ella è a noi troppo vicina.
Poichè se fosse alquanto più discosta,
Prima colà l' avria colto la notte
Che qua di nuovo ritornar potesse.
Or quando ei non vedrammici, so certo
Che presto presto a noi farà ritorno.
Chiederammi in qual parte mi trattenni,
Ed io che gli dirò? che mai nol vidi
In tutto questo giorno. Sir. *E così scarso*
Sei di partiti? a man non ne hai veruno?
Tes. *Nessuno affatto.* Sir. *Oh quanto sei dappoco!*
Non clientolo alcuno, alcun amico,
O forestiero alcuno avete voi?

Syr. Hiſce opera ut data ſit. *Cteſ.* quæ non data ſit? non poteſt fieri. *Syr.* poteſt.

Cteſ. Interdiu: ſed ſi hic pernocto, cauſſæ quid dicam, Syre? 15

Syr. Vah! quàm vellem etiam noctu amicis operam mos eſſet dari.

Quin tu otioſus es: ego illius ſenſum pulcre calleo.

Cùm fervit maxume, tam placidum quàm ovem reddo. *Cteſ.* quomodo?

Syr. Laudarier te audit libenter: facio te apud illum deum:

Virtutes narro. *Cteſ.* meas? *Syr.* tuas: homini illico lacrumæ cadunt, 20

Quaſi puero, gaudio: hem tibi autem! *Cteſ.* quidnam eſt? *Syr.* LUPUS IN FABULA *.

Cteſ. Pater eſt. *Syr.* ipſus eſt? *Cteſ.* Syre, quid agimus? *Syr.* fuge modò intrò: ego videro.

Cteſ. Si quid rogabit, nuſquam tu me: audiſtin'? *Syr.* potin' ut deſinas?

ACTUS IV. SCENA II.

DEMEA. CTESIPHO. SYRUS.

Dem. NÆ ego homo ſum infelix! primùm fratrem nuſquam invenio gentium:

Præterea autem, dum illum quæro, a villa mercenarium

Vidi: is filium negat eſſe ruri: nec quid agam, ſcio.

Tes. *L'abbiamo: e poi?* Sir. *A questi dir tu dei*
Che hai fatto alcun servizio. Tes. *E come mai*
Può dirsi fatto quel, che non è fatto?
Sir. *Si può.* Tes. *Ma questo mi varrà pel giorno;*
E se qui poi pernotto, e quale scusa
Troverò, Siro? Sir. *Oh quanto bramerei*
Che qui si usasse ancora far di notte
Servigio alle persone: ma sta pure
Coll' animo tranquillo; io so appuntino
La natura di lui come ella è fatta;
E allorchè per lo sdegno ei più s' infuria,
Sì placido lo so come un agnello.
Tes. *Ed in che modo?* Sir. *Ei volentieri ascolta*
Le lodi tue: ti faccio avanti a lui
Un Dio; e narro l'alme tue virtudi.
Tes. *Le mie?* Sir. *Le tue: e allor cadon de fatto*
A quel buon uomo, per piacer soverchio,
Le lagrime a maniera di fanciullo.
Ma olà. Tes. *Che cosa è stato?* Sir. *Eccoti il lupo.*
Tes. *E' mio padre?* Sir. *Egli è desso.* Tes. *E che faremo?*
Sir. *Entra tu in casa: io penserò frattanto.*
Tes. *Se di me chiede, dì che non mi hai visto:*
M' hai inteso? Sir. *E non vi è modo che ti accheti?*

ATTO IV. SCENA II.

DEMEA, TESIFONE, E SIRO.

Dem. *OH son pur disgraziato! in parte alcuna*
Non ritrovo il fratello; e mentre il cerco,
Incontro un mezzajuolo della villa,
Che qua venia: gli chiedo del mio figlio;
E' mi risponde, come al certo in villa
Ei non soggiorna; adesso e che ho da fare?

Ctes. Syre. *Syr.* quid ais? *Ctes.* men' quærit? *Syr.* verùm. *Ctes.* perii! *Syr.* quin tu animo bono es.

Dem. Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo satis decernere? 5

Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis:

Primus sentio mala nostra: primus rescisco omnia:

Primus porro obnuntio: ægre solus, si quid fit, fero.

Syr. Rideo hunc: primum ait se scire; is solus nescit omnia.

Dem. Nunc redeo: si forte frater redierit, viso. *Ctes.* Syre, 10

Obsecro, vide ne ille huc prorsus se irruat. *Syr.* etiam taces:

Ego cavebo. *Ctes.* nunquam hercle hodie ego istuc committam tibi.

Nam me jam in cellam aliquam cum illa concludam: id tutissimum est.

Syr. Age, tamen ego hunc amovebo. *Dem.* sed eccum sceleratum Syrum.

Syr. Non hercle hîc quidem durare quisquam, si sic fit, potest. 15

Scire equidem volo, quot mihi sint domini: quæ hæc est miseria? *Dem.* quid

Ille gannit? quid volt? quid ais bone vir? hem! est frater domi?

Syr. Quid, malum, bone vir, mihi narras? equidem perii. *Dem.* quid tibi est?

Syr. Rogitas? Ctesipho me pugnis miserum, & istam psaltriam

8 *Obnuntio*. Qui bonam rem nuntiat, *annuntiat*: qui malam, *obnuntiat*. Unde Augures dicebantur obnuntiare, ubi aliquid mali ominis scævumque vidissent. Cic. pro Sextio. *Cum auspiciis religionisque parens obnuntiaret*.

Teſ. *Siro.* S. *Che vuoi?* T. *Di me cerca egli?* Sir. *Al certo.*
Teſ. *Son morto!* Sir. *Eh ſtammi allegro.* Dem. *Or di qual ſorta*
Sia la diſgrazia mia, la mia miſeria,
Ancora non ritrovo? e penſo ſolo
Di eſſer venuto in queſta acerba vita
Per ſopportare affanni: ſe ſi tratta
Di guai di noſtra caſa, a penetrarli
Io ſono il primo; e il primo a ſaper tutti
I mali noſtri; e il primo ancora a dirli:
E ſolo io ſon, che dell' altrui fallire
Senta dolor. Sir. *Mi fa rider coſtui,*
Che dice ſaper tutto; ed egli è il ſolo
A ſaper nulla. Dem. *Torno ora di nuovo*
Per veder, ſe per ſorte il mio fratello
Foſſe venuto a caſa. Teſ. *Ti ſcongiuro,*
Siro, a far che qua dentro non ſi cacci.
Sir. *E ancor non taci? al certo, che farollo.*
Teſ. *Ma di te non mi fido, e non vo' farne*
Oggi la prova: me n' andrò ben io
In qualche naſcondiglio, e lì con eſſa
Chiuderommi: queſta è la più ſicura.
Sir. *Fa pur come ti piace; ma pur voglio*
Coſtui mandare in villa. Dem. *Ecco l' indegno,*
E ſcelerato Siro. Sir. *Qui, per Dio,*
Neſſuno può durarla, ſe le coſe
Non mutan faccia: ancor ho da ſapere
Quanti padroni mi han da comandare?
Oh che miſeria è queſta! Dem. *Quel volpone*
Di che ringhia? che vuole? uomo dabbene,
Dì un poco, il mio fratello a ſorte è in caſa?
Sir. *Ahimè! perchè mi chiami uomo dabbene?*
Son andato in ruina. Dem. *E che ti accade?*
Sir. *Me ne domandi? a forza di ſgrugnoni*

Uſque occidit. *Dem.* hem! quid narras? *Syr.* hem, vide ut diſcidit labrum. 20

Dem. Quamobrem? *Syr.* me impulſore hanc emptam eſſe ait. *Dem.* non tu eum rus hinc modò
Produxe ajebas? *Syr.* factum: verùm poſt venit inſaniens:
Nil pepercit: non puduiſſe verberare hominem ſenem,
Quem ego modò puerum tantillum in manibus geſtavi meis?

Dem. Laudo, Cteſipho? patriſſas; abi, virum te judico. 25

Syr. Laudas? næ ille continebit poſthac, ſi ſapiet, manus.

Dem. Fortiter. *Syr.* perquam, quia miſeram mulierem & me ſervolum,
Qui referire non audebam, vicit: hui, perfortiter!

Dem. Non potuit melius: idem quod ego ſenſit, te eſſe huic rei caput.
Sed eſtne frater intus? *Syr.* non eſt. *Dem.* ubi illum quæram, cogito. 30

Syr. Scio ubi ſit, verùm hodie nunquam monſtrabo. *Dem.* hem, quid ais? *Syr.* ita.

Dem. Diminuetur tibi quidem jam cerebrum. *Syr.* at nomen neſcio
Illius hominis, ſed locum novi ubi ſit. *Dem.* dic ergo locum.

Syr. Noſtin' porticum apud macellum hanc deorſum? *Dem.* quidni noverim?

22 *Produxe*. Al. *prodidiſſe* ſed mendoſe. *Produxe* per ſyncopen ſcriptum pro produxiſſe, ut expleſſe, ſurrexe pro expleviſſe, ſurrexiſſe,

La cantatrice ed io da Tesifone
Siamo stati ridotti a pollo pesto.

Dem. *Oh! che mi narri mai?* Sir. *Guardami in viso:*
Vedi tu questo labbro come è rotto?

Dem. *Per qual cagion?* Sir. *Perchè dice che quella*
Fu comperata per impulso mio.

Dem. *Ma tu non mi dicesti aver condotto*
Poco fa sino in villa il mio figliuolo?

Sir. *Lo dissi, e ciò fu ver: ma poco dopo*
Tornò arrabbiato: a nissun perdonolla:
E non ebbe vergogna in quelle furie
Di nerbare in tal guisa un uomo vecchio,
Che poco fa, quand' egli era piccino,
Io mi teneva in braccio. Dem. *Tesifone,*
Ti lodo: hai tu sensi di padre; orvia
Sei veramente un uomo. Sir. *Tu lo lodi?*
Or sì che in avvenir, se egli ha cervello,
Menerà le man bene. Dem. *Oprò da forte.*

Sir. *Bastonare e ferire una donzella,*
Ed un povero vecchio, che non ponno
Rendere il contraccambio? uh che fortezza!

Dem. *Ei non potè far meglio: quello istesso,*
Che io di te mi credeva, egli credeo:
Cioè che fossi di tal cosa il capo.
Ma in casa è il mio fratello? Sir. *E' fuor di casa.*

Dem. *Penso dove cercarlo.* Sir. *Ove ei si trova*
Sollo; ma in oggi nol dirotti mai.

Dem. *Olà, che dici tu?* Sir. *Così ti dico.*

Dem. *Ti spezzerò la testa.* Sir. *Non ritrovo*
Il nome di colui, dal quale andonne;
Ma del luogo ne ho tutta la memoria.

Dem. *Mostrami dunque il luogo.*

Sir. *Ti sovvien di quel portico attaccato,*
Dalla parte di sotto del macello?

Syr. Præterito hac recta platea sursum: ubi eò veneris, 35
Clivos deorsum vorsus est, hac præcipitato: postea
Est ad hanc manum sacellum: ibi angiportum propter est.
Dem. Quonam? *Syr.* illic, ubi etiam caprificu'magna est *, nostin'? *Dem.* novi. *Syr.* hac pergito.
Dem. Id quidem angiportum non est pervium. *Syr.* verum hercle: vah!
Censen' hominem me esse? erravi: in porticum rursum redi. 40
Sane hac multò propius ibis, & minor est erratio.
Scisn' Cratini hujus ditis ædes? *Dem.* scio. *Syr.* ubi eas præterieris,
Ad sinistram hac recta platea: ubi ad Dianæ veneris,
Ito ad dextram: prius, quàm ad portam venias, apud ipsum lacum *
Est pistrilla, & exadvorsum est fabrica: ibi est. *Dem.* quid ibi facit? 45
Syr. Lectulos in sole ilignis pedibus faciundos dedit.
Dem. Ubi potetis vos? bene sane: sed cesso ad eum pergere.
Syr. I sane: ego te exercebo' hodie, ut dignus es, silicernium *.
Æschinus odiose cessat: prandium corrumpitur:
Ctesipho autem in amore est totus: ego jam prospiciam mihi: 50
Nam jam adibo, atque unumquodque, quod quidem erit bellissimum,
Carpam, & cyathos sorbillans paulatim hunc producam diem.

Dem.*Che vuoi che non lo ſappia?* Sir. *A dirittura*
Paſſa qua per la piazza, e tienti ſopra:
Là giunto che ſarai, una collina
Vedrai lì poco ſotto, e tu per eſſa
Cammina a precipizio: evvi un tempietto
Di poi da queſta mano; a lui vicino
Vi ſta un chiaſſuolo. Dem. *Ed in che luogo mai?*
Sir. *Lì dove è quel sì groſſo caprifico:*
Forſe nol ſai? Dem. *Lo ſo.* Sir. *Di qui tu vanne.*
Dem.*Ma non ha quel chiaſſetto riuſcita.*
Sir. *Hai ragione; ſono uomo e ho preſo sbaglio.*
Torna al portico dunque: al parer mio
Farai il cammin più corto e più ſicuro.
Sai tu il palazzo di queſto riccone
Cratino? Dem. *Sollo.* Sir. *Quando tu l' avrai*
Paſſato, va diritto per la piazza,
Piegando alla ſiniſtra; e giunto poi
Al tempio di Diana, a deſtra volgi:
Ed avanti di giungere alla porta,
Vedrai un mulinello ſopra un foſſo,
E incontro un legnajuolo: ivi ſi trova.
Dem.*E che vi fa?* Sir. *Commiſe a quel maeſtro*
De' letticciuoli, che hanno i piè di leccio,
Su cui bever poſſiate a ciel ſcoperto.
Dem.*Bene del certo; ma perchè non vado*
A trovarlo? Sir. *Va pure; e ti aſſicuro*
Che oggi vo' rifinirti, come merti
Di ſtanchezza e ſudor, vecchio ſtantio!
Eſchin non viene: il deſinar va a male:
Teſiſon ſi ſta chiuſo coll' amica:
Or io vo' provvedere a' fatti miei.
Anderò dunque a ritrovar la menſa,
E caperommi di ogni coſa il meglio;
E a forza di bevute a centellini
Tirerò innanzi tutta la giornata.

ACTUS IV. SCENA III.

Mitio. Hegio.

Mit. Ego in hac re nihil reperio, quam ob rem lauder tantopere, Hegio:
Meum officium facio: quód peccatum a nobis ortum eſt, corrigo.
Niſi ſi in illo me credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant
Sibi fieri injuriam, ultro, ſi quam fecere ipſi, expoſtulant;
Et ultro accuſant: id quia non eſt a me factum, agi' gratias? 5

Heg. Ah, minime: nunquam te aliter, atque es, in animum induxi meum.
Sed quæſo, ut unà mecum ad matrem virginis eas, Mitio,
Atque iſtæc eadem, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri:
Suſpicionem hanc propter fratrem ejus eſſe, & illam pſaltriam.

Mit. Si ita æquom cenſes, aut ſi ita opus eſt facto, eamus. *Heg.* bene facis: 10
Nam & illi animum jam relevabis, quæ dolore, ac miſeria
Tabeſcit; & tu officio fueris functus: ſed ſi aliter putas,
Egomet narrabo quæ mihi dixti. *Mit.* imo ego ibo. *Heg.* bene facis:
Omnes, quibu' res ſunt minu' ſecundæ, magi' ſunt neſcio quo modo
Suſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis:

ATTO IV. SCENA III.

EGIONE, E MIZIONE.

Miz. *EGIONE, io non ritrovo in questa cosa*
La cagion, perchè tanto tu mi lodi.
Faccio quello, che deggio: e quell' errore,
Che da noi vien, correggo: ogni qualvolta
Tu non mi creda di sì fatta gente,
I quali sono i primi a fare il male,
E i primi anco a dolersene, e si credono
Che tu lor facci torto e grave ingiuria,
Allora che di ciò tu ti quereli:
Però di rei si fanno accusatori:
Or io perchè non opro in tal maniera,
Dovrò ricever grazie? Eg. *Ah no per certo;*
Che diverso da quello, che tu sei;
Non ti ho giammai creduto: ma ti prego
Che dalla madre sua tu venga meco;
E quelle stesse cose, che mi hai dette,
A lei tu dica, e lor faccia vedere
Da che nasce il sospetto; e che gli amori
Son tra'l fratello e quella cantatrice.
Miz. *Se tu ciò stimi o giusto o necessario,*
Andiamo pure. Eg. *A me mi par ben fatto,*
Perchè così ristorerai colei,
Che di duol si consuma e di miseria;
E'l dover tuo farai: ma pur se credi
Che inutile ciò sia, da per me stesso
Tutto a lei narrerò quel, che mi hai detto.
Miz. *No che voglio andarvi io.* Eg. *Certo fai bene,*
Perchè coloro, a' quai van mal le cose,
Sempre son sospettosi; ed a dispregio

Propter suam impotentiam se semper credunt negligi *. 16

Quapropter te ipsum purgare ipsis coram, placabilius est.

Mit. Et recte, & verum dicis. *Heg.* sequere me ergo hac intrò. *Mit.* maxume.

ACTUS IV. SCENA IV.

Æschinus.

Discrucior animi: hoccine de improviso mali mihi objici

Tantum, ut neque quid de me faciam, neque quid agam, certum siet?

Membra metu debilia sunt: animus timore obstupuit: pectore

Consistere nihil consilii quicquam potest. vah! quo modo

Me ex hac turba expediam? tanta nunc suspicio de me incidit, 5

Neque ea immeritò. Sostrata credit, mihi me emisse hanc psaltriam:

Anus indicium id fecit mihi.

Nam ut hinc forte ea ad obstetricem missa erat, ubi eam vidi, illico

Accedo, rogito, Pamphila quid agat, jam partus adsiet,

Eòne obstetricem accersat: illa exclamat, abi, abi, jam, Æschine, 10

Satis diu dedisti verba: sat adhuc tua nos frustrata est fides.

Hem! quid istuc, obsecro, inquam est? valeas, habeas illam quæ placet. Ptendono

Prendono tutto, e credon che ciascuno
Per la loro fiacchezza gli dileggi;
Onde è che se in persona a lor tu vai,
E ti scusi con esse, già le vedo
E contente e placate. Miz. *Tu favelli*
Veracemente e ben. Eg. *Dunque andiam dentro.*
Miz. *Andiamo pure.*

ATTO IV. SCENA IV.

ESCHINO.

Ho l'animo trafitto:
Tanto male mi è giunto all'improvviso
Che non so più che farmi, o che mi dire!
Tremo per lo timor come una foglia:
Per lo timore attonita ho la mente;
Nè sono più capace di consiglio.
Ah! come mai sciorrò sì fatto intrigo.
Tanto sospetto han preso, e con ragione,
Di me: Sostrata crede che comprata
Abbia la cantatrice; e dalla vecchia
Tutto ciò mi fu detto:
Che mentre andava per la levatrice,
La vedo, me le accosto, e le domando
Panfila che si faccia; e se vicina
Ella era a partorire: e se per questo
Giva forse a chiamar la levatrice.
Ella grida: va via, va via da noi,
Ci hai burlate abbastanza; ed abbastanza
Ci hai tu mostrata la tua falsa fede.
Come! che mi dì tu? cosa è cotesta?
Va via, e ti sollazza a tuo piacere
Con quella, che or ti è grata. A dirittura

Sensi illico id illas suspicari: sed me repressi
tamen,
Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palam.
Nunc quid faciam? dicamne fratris esse hanc? quod minime est opus 15
Usquam efferri: age, mitto: fieri potis est, uti ne qua exeat.
Ipsum id metuo uti credat: tot concurrunt verisimilia.
Egomet rapui, ipse egomet solvi argentum, ad me abducta est domum:
Hæc adeò mea culpa fateor fieri: non me hanc rem patri, ut ut
Erat gesta, indicasse: exorassem ut eam ducerem domum: 20
Cessatum est usque adhuc: nunc porro, Æschine, expergiscere.
Nunc hoc primum est; ad illas ibo, ut purgem me: accedam ad fores:
Perii: horresco semper, ubi fores pultare hasce occipio miser.
Heus, heus, Æschinus ego sum; aperite aliquis actutùm ostium.
Prodit nescio quis: concedam huc. 25

ACTUS IV. SCENA V.

MITIO. ÆSCHINUS.

Mit. ITÀ ut dixti, Sostrata,
Facite: ego Æschinum conveniam, ut, quomodo acta hæc sunt, sciat.

Mi accorsi del sospetto da lor preso:
Ma tacqui per non dire del fratello
Alla vecchia ciarliera alcuna cosa;
Che tosto l'averebbe messa in piazza.
Or che farò? dirò come costei
Ella è di mio fratello? non può farsi,
Acciocchè non si sappia: e dato il caso,
Che si tenesse occulto, ho gran timore
Che io ritrovassi fede appo di loro:
Tante apparenze mi si fan contrarie.
Io stesso la rapii; feci lo sborso
Io stesso dell' argento; e fu condotta
In casa di me stesso: feci male
Di quello, che con Panfila mi avvenne
A non farne parola con mio padre;
Nè a dir la cosa a lui come era andata.
Io l' averei piegato certamente
A darmela per moglie: fino adesso
Baloccato ho, nè mai conchiuso nulla:
Adesso, Eschino, è tempo di svegliarsi.
Primieramente voglio andarne a loro
Per iscusarmi: busserò alla porta.
Son morto: e mi si rizzano i capelli
Per l'orror, quando vengo a questa porta,
E comincio a bussare: olà di dentro;
Eschino sono; apritemi quest' uscio.
Ma sento venir gente: scosterommi.

ATTO IV. SCENA V.

MIZIONE, ESCHINO.

Miz. *SOSTRATA, così fate: come ho detto*
Io parlerò con Eschino, onde sappia

Sed quis ostium hoc pultavit? *Æs.* pater hercle est: perii. *Mit.* Æschine.

Æs. Quid huic hic negotî est? *Mit.* tune has pepulisti fores? tacet.

Cur hunc aliquantisper non ludo? melius est: 5

Quandoquidem hoc nunquam mihi ipse voluit credere.

Nil mihi respondes? *Æs.* non equidem istas, quod sciam.

Mit. Ita? nam mirabar quid hic negotî esset tibi.

Erubuit: salva res est. *Æs.* dic sodes, pater,

Tibi verò quid istic est rei? *Mit.* nihil mihi quidem. 10

Amicus quidam me a foro abduxit modò

Huc advocatum sibi. *Æs.* quid? *Mit.* ego dicam tibi.

Habitant hic quædam mulieres pauperculæ.

Opinor eas non nosse te, & certe scio:

Neque enim diu huc commigrarunt. *Æs.* quid tum postea? 15

Mit. Virgo est cum matre. *Æs.* perge. *Mit.* hæc virgo orba est patre:

Hic meus amicus illi genere est proximus:

Huic leges cogunt nubere hanc. *Æs.* perii. *Mit.* quid est?

Æs. Nil, recte: perge. *Mit.* is venit, ut secum avehat:

Nam habitat Mileti. *Æs.* hem! virginem ut secum avehat? 20

Mit. Sic est. *Æs.* Miletum usque, obsecro? *Mit.* ita. *Æs.* animo male est.

Quid ipsæ? quid ajunt? *Mit.* quid illas censes? nihil enim.

Commenta mater est, esse ex alio viro

La cosa come è ita: ma bussato
Chi ha quest' uscio? Es. *Per Dio che egli è mio padre:*
Son morto. Miz. *Eschino.* Es. *Che avvi qui da fare?*

Miz. *Se' tu quel, che ha bussato? sì sta zitto.*
Perchè non gli do io un po la quadra?
Sì che dargliela voglio: ogni qual volta
Di tai cose mi volle far segreto.
Non mi rispondi? Esch. *Non ho mai, che io sappia,*
Bussato a questa porta. Miz. *Veramente?*
Ma se per sorte egli vi fosse a grado
Di esser ripresi e di essere corretti
Di quelle cose, che voi non vedete,
Nè potete veder di cotesti anni
Pieni di voglie e scarsi di consiglio;
E voleste avere un, che a tempo e luogo
Vi resistesse, ovver vi secondasse,
Eccomi pronto a farlo. Esch. *E noi, buon padre,*

Plus scis, quid facto opus est: sed de fratre
quid fiet? *Dem.* sino;
Habeat; finem in istac faciat. *Æsch.* istuc recte.
plaudite. 40

Ti accettiamo per tale ogni qual volta;
Quel, che bisogni a noi, sai più di noi.
Ma che sarà di mio fratel? Dem. *Si tenga*
Colei; ma in lei finisca. Esch. *E con ragione*
Ciò chiedi, padre mio. Voi fate plauso.

P. TERENZIO
IL FORMIONE.

P. TERENTII

PHORMIO.

ACTA LVDIS ROMANIS.* L. POSTHVMIO ALBINO L. CORNELIO MERVLA ÆDILIBVS CVRVLIBVS. EGERVNT L. AMBIVIVS TVRPIO L. ATTILIVS PRÆNESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII TIBIIS IMPARIBVS. TOTA GRÆCA APOLLODORV. EPIDICAZOMENOS. FACTA QVARTO CN. FANNIO STRABONE M. VALERIO MESSALA COSS. ANNO AB VRBE CONDITA DXCIII. ANTE CHRISTVM NATVM CLIX.

INTERLOCUTORES.

PROLOGUS,
PHORMIO, paraſitus.
DEMIPHO, ſenex.
CHREMES, ſenex.
ANTIPHO, adoleſcens.
PHÆDRIA, adoleſcens.
GETA, ſervus.
DAVUS, ſervus.
DORIO, leno.
SOPHRONA, nutrix.
NAUSISTRATA, matrona.
CRATINUS,)
HEGIO,) advocati.
CRITO,)
DORCIUM, ancilla.
PHANIUM, adoleſcentula.

P. TERENZIO
IL FORMIONE.

INTERLOCUTORI.

Prologo.
Formione, parasito.
Demifone, vecchio.
Cremete, vecchio.
Antifone, giovane.
Fedria, giovane.
Geta, servo.
Davo, servo.
Dorio, mezzano.
Sofrona, nutrice.
Nausistrata, moglie di Cremete.
Cratino,)
Egione,) *avvocati.*
Critone,)

Persone, che non parlano.

Dorcio, serva.
Fanio, giovane.

C. SULPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

CHREMETIS frater aberat peregre Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat Lemni uxorem & filiam,
Athenis aliam conjugem, & amantem unice
Gnatum fidicinam: mater e Lemno advenit 5
Athenas: moritur: virgo sola (aberat Chremes)
Funus procurat: ibi eam visam Antipho
Cum amaret, opera parasiti uxorem accipit.
Pater & Chremes reversi fremere: dein minas
Triginta dant parasito, ut illam conjugem 10
Haberet ipse: argento hoc emitur fidicina.
Uxorem retinet Antipho a patruo agnitam.

1 *Aberat peregre*. Varie utuntur latini hoc adverbio: dicunt enim, *abest peregre*, *venit peregre*, *proficiscitur peregre*.

12 *Uxorem retinet &c.* Retinet uxorem, quam pater repudiatam esse voluit; sed agnitam a patruo juxta legem atticam.

ARGOMENTO
DI CAJO SULPICIO APOLLINARE.

DEMIFONE fratello di Cremete
Intraprefe un viaggio, ed Antifone
Unico figlio fuo lafciò in Atene.
Cremete aveva in Lenno di nafcofto
E moglie e figlia; ed in Atene ancora
Aveva un' altra moglie, ed un figliuolo
Innamorato d' una cantatrice.
Venne in Atene la moglie di Lenno,
E quivi fi morìo: la vergin fola,
Poichè non tornato anco era Cremete,
Attefe a' funerali della madre.
In quefto mentre la vede Antifone,
E di lei s' innamora, e fe la prende
Per moglie coll' arte di Formione
Parafito. Ritornano di fuora
Cremete e Demifone, e avvampan d' ira
Saputo quefto fatto: e trenta mine
Danno al mezzan, perchè con lei s' ammoglì.
Con quefte comprata è la cantatrice;
E per moglie Antifone fi ritiene
La figlia di Cremete, finalmente
Per tal riconofciuta da fuo padre.

PROLOGUS.

Postquam poëta vetus Poëtam non poteſt
Retrahere a ſtudio, & tranſdere hominem in otium;
Maledictis deterrere, ne ſcribat, parat:
Qui ita dictitat, quas antehac fecit fabulas,
Tenui eſſe oratione, & ſcriptura levi, 5
Quia nuſquam inſanum ſcripſit adoleſcentulum
Cervam videre, fugere, & ſectari canes,
Et eam plorare, orare ut ſubveniat ſibi.
Quod ſi intelligeret, olim cùm ſtetit nova,
Actoris opera magis ſtetiſſe, quàm ſua: 10
Minu' multò audacter, quàm lædit, læderet;
Et magi' placerent, quas feciſſet fabulas.
Nunc ſi quis eſt, qui hoc dicat, aut ſic cogitet,
Vetu' ſi poëta non laceſſiſſet prior,
Nullum invenire prologum potuiſſet novus, 15
Quem diceret, niſi haberet, cui malediceret:
Is ſibi reſponſum hoc habeat; in medio omnibus
Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.
Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit rejicere:

2 *Tranſdere*. Al. *tradere*. Veteres *tranſdere* ſonantius, quod nos lenius dicimus *tradere*: ac nos ex contrariò, *translatum*, quod illi *tralatum*.

12 *Et magi' placerent, quas feciſſet fabulas*. Verſum hunc ut nec a Donato poſitum, nec in tribus antiquiſſimis libris Bembino, Vaticano, & Victoriano ſcriptum, & tanquam ab hoc loco alienum, cum Faerno aliqui delendum cenſent.

18 *Artem tractant muſicam*. Ideſt poëticam, quia hæc ars propter metricam rationem muſicæ affinis eſt: vel potius quod Muſæ poëticæ præſint.

PROLOGO.

Poiche' al vecchio poeta non riesce
Ritrar Terenzio a forza da' suoi studj,
Ed obbligarlo in fine a starsi in ozio;
Ricorre alle calunnie, onde per esse
Atterrito lo scrivere abbandoni:
E dice che da lui le fatte favole
Insino a qui son di debole stile,
E d' una frase troppo familiare;
Perchè egli non ha mai descritto in loro
Un giovan visionario, che abbia visto
Seguitata da' cani una cervetta,
Che si fuggiva, e che spargea gran pianto,
E lui pregava che le desse aita.
Perchè s' egli sapesse, allorchè nuova
Questa commedia sua comparve in scena,
Che ella si resse più per la destrezza
De' recitanti che pel suo valore;
In offender sarebbe certamente
Di quel, che or è, meno sfrontato assai;
E le favole sue sarian piaciute
Più che or non sono. Or se si trova alcuno,
Che così dica e pensi: se quel vecchio
Poeta non avesse provocato
Il nuovo, ei non avrebbe avuto modo
Di poter fare il prologo, se a sorte
Gli mancava uno da parlarne male;
Tal per sè, questi prendasi risposta:
Che piantata nel mezzo ella è la palma
Per tutti quei, che trattan l' arte comica.
Del resto quegli altro non ebbe in mente,

Hic respondere voluit, non lacessere. 20
Benedictis si certasset, audisset bene:
Quod ab illo allatum est, sibi id esse rellatum putet.
De illo jam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cùm ipse de se finem non facit.
Nunc quid velim, animum attendite: apporto novam 25
Epidicazomenon quam vocant comœdiam
Græci, Latini Phormionem nominant;
Quia primas parteis qui aget, is erit Phormio
Parasitus, per quem res geretur maxume.
Voluntas vostra si ad poëtam accesserit, 30
Date operam, adeste æquo animo per silentium:
Ne simili utamur fortuna, atque usi sumus,
Cùm per tumultum noster grex motus loco est:
Quem actoris virtus nobis restituit locum,
Bonitasque vostra adjutans, atque æquanimitas. 35

22 *Quod ab illo allatum est, sibi id esse rellatum putet.* Jure se defendit: de quo illud proverbiale apud Donatum testatur: *quod dedit, recepit.* Apud Svetonium Vespasianus de jurgio quodam senatoris, equitisque romani ita pronunciavit: *non oportere maledici Senatoribus: remaledici civile fasque esse.*

28 *Primas parteis qui aget.* Asconius Pedianus. Comœdia, inquit, quinque actus habet, hoc est quinquies ducitur in scenam. Est ergo persona primarum partium, quæ sæpius actu regreditur. Secondarum, & tertiarum, quæ minus, minusve procedit.

Col voler toglier questo da' suoi studj,
Che farlo divorare dalla fame.
Or questi volle sol risponder lui,
Non oltraggiarlo: anzi n' avria ben detto,
Se faceva egli a gara a parlar bene.
Or ei per sè si prenda tutti quanti
Gl' improperj a me detti, e a lui ritornino:
Che piu non voglio far di lui parole;
Benchè ei contro di me voglia ancor farle.
Or ciò, che io brami attentamente udite:
Vo' recitarvi una commedia nuova,
Detta da' Greci Sentenza o Giudizio,
Da' Latini Formione: questo tale
E' parasito, e fa le prime parti:
E da lui quasi tutto sia tessuto
Dell' opera l' intreccio. Il vostro amore
Se egli favorirà Terenzio nostro,
Assistete anco a noi, e giustamente
Ci riguardate, e sia alto silenzio:
Acciocchè non corriamo quella stessa
Disgrazia, che corremmo l' altra volta;
Quando per lo tumulto ci fu forza
Perdere il luogo nostro, che la sola
Virtude dell' attor poscia ci rese.
Or la vostra bontà ci porga aita,
E si mostri benigna a' falli nostri.

ACTUS PRIMI.

SCENA PRIMA.

DAVUS.

AMICUS summus meus, & popularis Geta,
Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula
Jam pridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum: id ut conficerem: confeci: affero.
Nam herilem filium ejus duxisse audio 5
Uxorem: ei credo munus hoc conraditur.
QUAM INIQUE comparatum est, ii, qui minus habent,
Ut semper aliquid addant divitioribus.
Quod ille unciatim vix de demenso suo*,
Suum defrudans genium, comparsit miser, 10
Id illa universum abripiet, haud existumans
Quanto labore partum: porro autem Geta
Ferietur alio munere, ubi hera pepererit*.
Porro alio autem, ubi erit puero natalis dies,
Ubi initiabunt*; omne hoc mater auferet: 15
Puer caussa erit mittundi: sed videon' Getam?

1 *Popularis*. h. e. ejusdem conditionis aut nationis. Nam Geta a Getis populis nomen habet, sicuti Davus a Dacia, quam olim Getiam dictam esse nonnulli arbitrantur. Significat item plebejum & humilem. Plaut. *Præstat*, inquit, *esse popularem divitem, quàm nobilem pauperem*.

9 *Vix de demenso suo*. Servi quaternos modios accipiebant frumenti in mensem, & id *demensum* dicebatur; & utrum a mense, an a metiendo, incertum est. Hæc Donatus. V. fusius in calce libri.

10 *Suum defrudans genium*. Fraudamus genium, cùm rem debitam naturæ subtrahimus: Indulgere genio, est naturæ plus satis dare & animo obsequi.

ATTO PRIMO.

SCENA PRIMA.

Davo.

Geta mio paesano e amico sommo,
Del quale i' aveva alcuni quattrinelli,
Rimastimi d' un certo conticino,
Che già femmo tra noi: jeri a me venne,
Perchè gliel' accozzassi: holli accozzati,
E glieli porto: che 'l suo padroncino
Odo che ha preso moglie; e senza dubbio
Per lei si pon questo presente insieme.
Oh scelerate usanze! oh leggi inique!
Che dieno a chi n' ha più quei, che n' han meno?
Tutto ciò, che costui a dramma a dramma
Mise a parte del suo scarso salario,
Togliendosel di bocca, in una volta
S' avrà tutto costei, senza guardare
A quando in fargli egli ci avrà stentato:
Poi gli daranno un' altra frecciatella,
Quando avrà partorito: un' altra poi
Il giorno del convito; e quindi un' altra,
Quando il divezzeranno: e tutto questo
Senza alcun dubbio si torrà la madre,
E servirà il fanciullo di motivo
Per questi doni: ma non veggio io Geta?

ACTUS I. SCENA II.

GETA. DAVUS.

Get. SIQUIS me quæret rufus... *Dav.* præſto eſt, deſine. *Get.* oh!
At ego obviam conabar tibi, Dave. *Dav.* accipe, hem:
Lectum eſt, conveniet numerus, quantum debui.
Get. Amo te, & non neglexiſſe, habeo gratiam.
Dav. Præſertim ut nunc ſunt mores; adeò res redit: 5
SI QUIS quid reddit, magna habenda eſt gratia.
Sed quid tu es triſtis? *Get.* egone? neſcis quo in metu, &
Quanto in periclo ſim. *Dav.* quid iſtuc eſt? *Get.* ſcies,
Modò ut tacere poſſis. *Dav.* abi ſis, inſciens:
Cujus tu fidem in pecunia perſpexeris, 10
Verere ei verba credere? ubi quid mihi lucri eſt
Te fallere? *Get.* ergo auſculta. *Dav.* hanc operam tibi dico.
Get. Senis noſtri, Dave, fratrem majorem Chremem
Noſtin'? *Dav.* quidni? *Get.* quid? ejus gnatum Phædriam?
Dav. Tanquam te. *Get.* evenit, ſenibus ambobus ſimul, 15
Iter illi in Lemnum ut eſſet, noſtro in Ciliciam,
Ad hoſpitem antiquum: is ſenem per epiſtolas
Pellexit, modò non monteis auri pollicens.
Dav. Cui tanta erat res, & ſupererat? *Get.* deſinas:
Sic eſt ingenium. *Dav.* oh! regem me eſſe oportuit. 20

ATTO I. SCENA II.

GETA, E DAVO.

Get. *Se alcun mi cerca di capello rosso...*
Dav. *Egli è quì pronto; non andar più avanti.*
Get. *Oh ti andava cercando!* Dav. *Eccoti; piglia:*
Ella è buona moneta, e ben riscontra
Con quello, che ti deggio. Get. *Io perciò t' amo,*
E della diligenza usatà meco
Ti ringrazio. Dav. *Ed in specie a' giorni d' oggi,*
Ne' quai se ti vien resa alcuna cosa,
Molto hai da ringraziar chi te la rende:
Ma che hai che sei turbato? Get. *Tu non sai*
Il mio timore, ed il mio gran periglio.
Dav. *Dimmelo in grazia.* Get. *Io tel dirò; ma pure*
Che tu possa tacer. Dav. *Va via, sei pazzo.*
Provato hai la mia fede nel denaro,
E temerai fidarmi le parole?
Ma poi che buscherei nel propalarlo?
Get. *Odimi dunque.* Dav. *Parla che io ti ascolto.*
Get. *Conosci, Davo mio, del nostro vecchio*
Il fratello maggior, che è detto Creme?
Dav. *Sicuro.* Get. *E Fedria il suo figliuol?* Dav. *Non meno*
Che te medesmo. Get. *A questi vecchi avvenne*
Di dover far viaggio a un tempo stesso;
E quegli in Lenno, e 'l nostro andò in Cilicia,
Per rivedere un ospite suo amico,
Che a sè invitollo con diverse lettere;
E con promesse di montagne d' oro.
Dav. *Ed ei, che ha tanta roba e glien' avanza,*
Per ciò intraprese sì lungo viaggio?
Get. *Taci che 'l mio padrone è un avaraccio.*

Get. Abeuntes ambo hic tum senes me filiis
Relinquunt quasi magistrum. *Dav.* ô Geta! provinciam
Cepisti duram. *Get.* mihi usus venit, hoc scio.
Memini relinqui me Deo irato meo.
Cœpi advorsari primò: quid verbis opus est? 25
Seni fidelis dum sum, scapulas perdidi.

Dav. Venere in mentem istæc mihi: namque inscitia est,
ADVORSUM stimulum calces. *Get.* cœpi his omnia
Facere, obsequi quæ vellent. *Dav.* scisti uti foro.

Get. Noster mali nil quidquam primò: hic Phædria
Continuò quandam nactus est puellulam 31
Citharistriam: hanc amare cœpit perdite.
Ea serviebat lenoni impurissimo:
Neque, quod daretur quidquam, id curarant patres.
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere, 35
Sectari, in ludum ducere, & reducere:
Nos otiosi operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc discebat ludo, ex adverso ei loco
Tonstrina erat quædam: hic solebamus fere
Plerumque eam opperiri, dum inde iret domum.
Interea dum sedemus illic, intervenit 41
Adolescens quidam lacrumans: nos mirarier:

22 *Quasi magistrum*. Idest custodem.
27 *Scapulas perdidi*. Scilicet vapulando, dum adolescentibus adversor, ut mandato munere fideliter fungar.
28 *Adversus stimulum calces*. Proverbium quo usi Euripides, Æschylus, alii, ut ridiculi sint, qui Christum Actor. 9. vers. 5. voce Terentii usum esse censuerunt.
29 *Uti foro*. Vulgare proverbium idem significans ac scisti temporibus servire. occasionem arripere &c. V. Erasm. Chil. 1. cent. 1.

Dav. *Ah foſſi io nato un Rege, o ſimil coſa!*
Get. *Nel partirſi, che fecero i due vecchi,*
Me qui laſciaro quaſi per maeſtro
A' lor figli. Dav. *T' han dato un oſſo duro.*
Get. *E tale l' ho provato: e mi ricordo*
Che allora m' ebbe in ira il genio mio;
Che in ſulle prime moſſe incominciai
A far lor fronte: ma che più ragiono?
Mentre voglio al mio vecchio eſſer fedele,
M' ebbero a riſinir di baſtonate.
Dav. *Di già me lo penſava: che è ſciocchezza*
Menare contro al pugnolo de' calci.
Get. *Preſi dunque a far ciò, che eſſi volevano,*
Loro in tutto e per tutto ſecondando.
Dav. *Sapeſti navigar ſecondo il vento.*
Get. *Il noſtro ſul principio nulla affatto*
Fece di male: queſto Fedria poi
Procacciosſi ben toſto una fanciulla,
Che ſuona di chitarra; e ſe n' acceſe
Per modo tal che andavane perduto.
Ella era in man d' un ſordido mezzano;
E perchè non aveſſero che dare,
Ciò fu penſiero de' lor padri: onde altro
Lor non reſtava, ſe non paſcer gli occhi;
Seguitarla; condurla e ricondurla
A ſcuola e dalla ſcuola: ſfaccendati
A Fedria intanto noi davamo ajuto.
Si ſtava dirimpetto a queſta ſcuola,
Ove andava ella, certa barberia:
Ivi lei ſolevamo quaſi ſempre
Aſpettar, mentre ſen tornava a caſa.
Ora quivi ſedendo, ecco ad un tratto
Che in noi s' abbatte un giovan, che piangea:
Abbiam di ciò ſtupore: e lui preghiamo

Rogamus, quid ſit: nunquam æque, inquit, ac modò
PAUPERTAS mihi onus viſum eſt & miſerum, & grave.
Modò quandam vidi virginem hîc viciniæ 45
Miſeram, ſuam matrem lamentari mortuam:
Ea ſita erat ex advorſum: neque illi benevolens,
Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam,
Quiſquam aderat, qui adjutaret funus: miſeritum eſt.
Virgo ipſa facie egregia; quid verbis opus eſt?
Commôrat omnes nos: ibi continuò Antipho, 51
Voltiſne eamus viſere? alius, cenſeo;
Eamus: duc nos ſodes: imus, venimus,
Videmus: virgo pulcra: & quo magis diceres,
Nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem. 55
Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida:
Lacrumæ, veſtitus turpis: ut, ni vis boni
In ipſa ineſſet forma, hæc formam extinguerent.
Ille, qui illam amabat fidicinam tantummodo,
Satis ſcita, inquit: noſter verò. *Dav.* jam ſcio: 60
Amare cœpit. *Get.* ſcin' quam? quò evadat, vide:
Poſtridie ad anum rectà pergit: obſecrat,
Ut ſibi ejus faciat copiam: illa enim ſe negat:
Neque eum æquom ait facere: illam civem eſſe atticam,

A

47 *Sita erat ex advorſum.* h. e. collocata pro more in veſtibulo domus, verſis in portam pedibus. Alii legunt *ex adverſo*.

51 *Commôrat*. pro *commoverat*.

53 *Imus, venimus, videmus*. Simile illud Cæſaris: *Veni, vidi, vici*.

A dirci la cagione: egli: non mai
Mi è paruto, come or misero e grave
Peso la povertade. Ho visto adesso
In questo vicinato una donzella
Misera, che facea tristo lamento,
Per la sua madre morta, che giaceva
Ad essa dirimpetto; e niuno amico
Aveva, o conoscente o di suo sangue,
Che desse mano al funerale, in fuora
D'una sol vecchiarella: io mi sentii
Muovere a compassione: avea la stessa
Fanciulla il volto bello a maraviglia:
Ma che più dico? eravam noi già tutti
Commossi; quando subito Antifone
Comincia: vogliam noi colà portarci
Per lei vedere? un altro: andiamci pure,
E tu ne mena adesso: andiam, torniamo,
Veggiamo: la fanciulla è bella molto:
E tanto bella più tu la diresti,
Quanto nulla ha che sua bellezza aiti.
Scarmigliati i capelli, i piedi nudi,
Incolta, rozza, e col pianto sul viso,
Vestita malamente: alla per fine,
Se in essa il fior della beltà non era,
Avrian tai cose ogni bellezza estinta.
Fedria l'amante della sonatrice
Disse: ella è molto bella; ma quel nostro...

Dav. *Già lo so: se n'accese.* Get. *E di che modo!*
E vedi or dove ei vanne a riuscire.
Il giorno dopo se ne va diritto
A quella vecchierella, e la scongiura
Di fargli copia della giovanetta.
Ciò gli niega essa, e dice iniquamente
Operar lui: che l'onesta fanciulla

Bonam, bonis prognatam: si uxorem velit, 65
Lege id licere facere: sin aliter, negat.
Noster, quid ageret, nescire: & illam ducere
Cupiebat, & metuebat absentem patrem.

Dav. Non, si rediisset, ei pater veniam daret?

Get. Ille indotatam virginem atque ignobilem 70
Daret illi? nunquam faceret. *Dav.* quid fit denique?

Get. Quid fiat? est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens: qui, illum dii omnes perduint!

Dav. Quid is fecit? *Get.* hoc consilium, quod dicam, dedit:
Lex est, ut orbæ, qui sint genere proxumi, 75
Iis nubant: & illos ducere eadem hæc lex jubet.
Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam:
Paternum amicum me assimulabo virginis:
Ad judices veniemus: qui fuerit pater,
Quæ mater, quî cognata tibi sit, omnia hæc 80
Confingam: quod erit mihi bonum atque commodum.
Cùm tu horum nihil refelles, vincam scilicet.
Pater aderit: mihi paratæ lites: quid mea?

75 *Lex est, ut orbæ &c.* Atheniensium lex fuit de connubio, ut orbam proximus duceret, aut si id facere recusaret, quinque minarum dotem daret, authoribus Suida, & Polluce. Prudenter verò hac lege puellis, & orbis, & inopibus consultum est, ut honeste nuptui traderentur, neve coactæ aliquod indignum facinus in sese admitterent.

77 *Tibi scribam dicam.* *Dicam* hic non verbum, sed nomen est. *Dica* significat actionem, quam contra aliquem in judicio experimur: vulgariter *citationem* vocamus. Cic. in Verr. act. 4. *Scribitur Heraclio dica*.

Cittadina è d' Atene, e i suoi parenti
Sono pur gente buona: s' egli poi
La vuol per moglie; che egli se la prenda
Nel modo, che permettono le leggi:
Quando che no, di nuovo gliela nega.
Il nostro non sapeva che si fare:
Desiderava portarsela seco,
E del padre lontano avea timore.

Dav. *Oh che? suo padre quando egli tornasse,*
Non gli perdonerebbe un cotal fallo?

Get. *Quegli, priva di dote una fanciulla,*
E senza nobiltà darebbe a lui?
Giammai non lo farebbe. Dav. *Finalmente*
Che si fa egli? Get. *Lo vuoi tu sapere?*
Evvi un tal parasito nominato
Formion temerario, che in ruina
Mandin tutti gli Dei! Dav. *E che fece egli?*

Get. *Gli diè questo consiglio, che dirotti.*
La legge vuol che l' orfane fanciulle
Maritinsi a' più prossimi: e la stessa
Costringe quei a prender lor per mogli.
Io dirò dunque che le sei parente,
E ti farò citare: e di suo padre
Simulerommi amico: andremo insieme
A' giudici: tuo padre chi sia stato,
E chi tua madre; come a te congiunta
Sia di sangue costei, sarà mia cura
D' assai ben colorir tai cose tutte;
Per quanto l' util mio e 'l mio vantaggio
Comporterà. Tu nulla a queste cose
Opponendo, sarai senza alcun dubbio
Da me vinto in giudizio: il padre tuo
Ritornerà; sarammi litigare;
Ma questo che m' importa? certamente

Illa quidem noſtra erit. *Dav.* jocularem audaciam!

Get. Perſuaſum eſt homini: factum eſt: ventum eſt: vincimur: 85

Duxit. *Dav.* quid narras? *Get.* hoc, quod audis. *Dav.* ô Geta!

Quid te futurum eſt? *Get.* neſcio hercle: unum hoc ſcio:

Quod fors feret, feremus æquo animo. *Dav.* placet:

Hem, iſtuc viri eſt officium. *Get.* in me omnis ſpes mihi eſt.

Dav. Laudo. *Get.* ad precatorem adeam, credo, qui mihi 90

Sic oret: nunc amitte quæſo hunc: cæterum

Poſthac ſi quidquam, nihil precor: tantummodo

Non addat, ubi ego hinc abiero, vel occidito.

Dav. Quid pædagogus ille, qui cithariſtriam?

Quid rei gerit? *Get.* ſic, tenuiter. *Dav.* non multum habet 95

Quod det fortaſſe. *Get.* imo nihil, niſi ſpem meram.

Dav. Pater ejus rediit, an non? *Get.* nondum. *Dav.* quid? ſenem

Quoad exſpectatis voſtrum? *Get.* non certum ſcio:

Sed epiſtolam ab eo allatam eſſe audivi modò, &

Ad portitores * eſſe delatam: hanc petam. 100

Dav. Nunquid, Geta, aliud me vis? *Get.* ut bene ſit tibi.

Puer, heus: nemon' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

Sarà nostra colei. Dav. *Oh vedi audacia*
Proprio da scena! Get. *Ei resta persuaso:*
Si eseguisce: si va: rimanghiam vinti:
Se la prese. Dav. *Che narri?* Get. *Ciò, che ascolti.*

Dav. *Oh Geta! e che di te mai sarà egli?*

Get. *Io non lo so per Dio: ma so ben questo:*
Che comunque anderà cotal faccenda,
Sopporterolla in pace. Dav. *Emmi ciò grato:*
Cappita questo egli è operar da uomo!

Get. *Ogni speranza mia è in me riposta*.

Dav. *Ti lodo*. Get. *Adesso andronne a qualcheduno,*
Che pregando abbonisca il mio padrone,
Col dirgli: lascia andar per questa volta,
Impunito costui: ma se di nuovo
Torna a mancar, non fia più che ti preghi;
Purchè egli a sorte mai non v' aggiungesse:
Partito che io sarò, dagli, se vuoi,
D' un maglio in sulla testa.

Dav. *E quel pedante, che la sonatrice?..*
Come se la passa egli? Get. *Eh debolmente*.

Dav. *Forse ha poco che dare*. Get. *Anzi che nulla,*
In fuori che una semplice speranza.

Dav. *Tornò suo padre o no?* Get. *No per ancora*.

Dav. *E voi quando aspettate il vostro vecchio?*

Get. *Nulla n' abbiam di certo: udito ho dire*
Poco tempo è che una lettera sua
Qua sia giunta, e sia in man de' gabellieri
Del porto: androlla a prender. Dav. *Geta mio,*
Da me vuoi altro? Get. *Che ti vadan bene*
Le cose tue: olà ragazzo; alcuno
Non comparisce? orsù piglia tu questo,
E dallo a Dorcio.

ACTUS I. SCENA III.

ANTIPHO. PHÆDRIA.

Ant. ADEON' rem rediisse, ut, qui mihi consultum esse optume velit,
Phædria, patrem ut extimescam, ubi in mentem ejus adventi venit?
Quod ni fuissem incogitans, ita eum exspectarem ut par fuit.

Ph. Quid istuc est? *Ant.* rogitas? qui tam audacis facinoris mihi conscius
Sis? quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset,
Neu me cupidum eò impulisset, quod mihi principium est mali.
Non potitus essem: fuisset tum mihi illos ægre aliquot dies:
At non quotidiana cura hæc angeret animum. *Ph.* audio.

Ant. Dum expecto, quàm mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.

Ph. Aliis, quia desit quod amant, ægre est: tibi, quia superest, dolet. 10
Amore abundas, Antipho.
Nam tua quidem hercle certe vita hæc expetenda, optandaque est.
Ita me dii bene ament; ut mihi liceat tam diu, quàm amo, frui,
Jam depacisci mortem cupio: tu conjicito cætera,

2 *Adventi* pro *adventus*. Sic & in Andria. *nihil ornati*, *nihil tumulti*. Priscianus dicit hic a Terentio genitivum pro nominativo positum esse.

10 *Desit* h. e. deest. Sic in Eun. act. 2. sc. 2. *Nihil cùm est, nihil desit tamen*.

ATTO I. SCENA III.

Antifone, e Fedria.

Ant. *E dunque sarà vero*
Che la cosa sia giunta a questo segno
Che di mio padre, che mi vuol sì bene,
Io tema qualor penso al suo ritorno?
Che se io non fossi stato sì balordo,
Ora l' aspetterei tutto allegrezza,
Conforme è di dovere. Fed. *Oh che ci è egli?*
Ant. *Me ne domandi, quando che ti è nota*
L' opra mia temeraria? la qual mai
Formion non mi avesse persuasa,
Nè vi avesse pensato; onde mi spinse
Già bramoso di loro a queste nozze,
Che mi sono principio d' ogni male.
Non fora stata mia: per qualche giorno
N' avrei sentito affanno; ma non sempre,
Come or m' affliggerebbe un' aspra cura.
Fed. *Ascolto.* Ant. *Mentre aspetto d' ora in ora*
Chi m' impedisca il conversar con lei.
Fed. *Gli altri, perchè lor manca la maniera*
Di goder dell' amata, si tapinano;
E tu, perchè ne hai troppa: veramente
Tu de' doni d' amor sei ricco in fondo;
E cotesta tua vita senza fallo
E' da bramarsi. Così dagli Dei
Sia ben voluto, come altro non cerco
Che di goder colei, che mi è sì a cuore,
Per quanto tempo, quanto tu ti godi
La moglie tua: e poi possa io morire,
E fin d' ora mi accordo colla morte.

Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex istac copia: 15
Ut ne addam, quod sine sumptu, ingenuam, liberalem nactus es:
Quod habes, ita ut voluisti, uxorem, sine mala fama; palam
Beatus, ni unum desit, animus qui modeste istæc ferat.
Quod si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum sentias.
Ita plerique ingenio sumus omnes: NOSTRI NOSMET PŒNITET. 20

Ant. At tu mihi contra nunc videre fortunatus, Phædria,
Cui de integrò est potestas etiam consulendi, quid velis,
Retinere, amare, amittere: ego in eum incidi infelix locum,
Ut neque mihi ejus sit amittendi, nec retinendi copia.
Sed hoc quid est? videon' ego advenire huc currentem Getam? 25
Is ipsus est: hei, timeo miser, quam nunc mihi hic rem nuntiet.

ACTUS I. SCENA IV.

GETA. ANTIPHO. PHÆDRIA.

Get. NULLUS es, Geta, nisi jam aliquod tibi consilium celere reperis:
Ita subitò nunc imparatum tanta te impendent mala:

Or l' altre cose tu da ciò comprendi ,
E quanto duolo dall' inopia mia
Io ne ricavi , e tu quanto piacere
Dalla tua copia : senza che io soggiunga
Che non spendendo nulla hai fatto acquisto
D' una vergine onesta e bella molto ,
E che hai una moglie conforme volesti ,
Non tocca punto nella buona fama :
Beato in somma appresso di ciascuno
Saresti , se tu avessi questo solo ;
Cioè se ti sapessi moderare
Nello stato , in cui sei : che se per sorte
Tu l' avessi da far con quel mezzano ,
Con cui l' ho da far io , allora allora
Te n' avvedresti : ma siam tutti a un modo ;
Ci pentiam di noi stessi. Ant. *Io pel contrario ,*
Te , Fedria mio , stimo felice al sommo ,
Che puoi far ciò , che vuoi : o ritenerla ,
O amarla o abbandonarla ; la dove io
Sono ridotto a tal che non mi è dato
Poter di abbandonarla o ritenerla .
Ma che è mai questo ? parmi di vedere
Geta , che qua sen corra : egli è ben desso :
Meschino me ! chi sa che ei non mi arrechi
Qualche trista novella ?

ATTO I. SCENA IV.

GETA , ANTIFONE , E FEDRIA .

Get. *GETA , tu sei perduto , se non trovi*
Con prestezza per te qualche rifugio :
Così subito tante traversie ,
Non l' aspettando tu , ti stanno sopra ,

Quæ neque uti devitem scio, neque quo modo me inde extraham:
Nam non potest celari nostra diutius jam audacia:
Quæ si non astu providentur, me aut herum pessum dabunt. 5

Ant. Quidnam ille commotus venit? *Get.* tum, temporis punctum mihi
Ad hanc rem est: herus adest. *Ant.* quid istuc est mali?

Get. Quod cùm audierit, quod ejus remedium inveniam iracundiæ?
Loquarne? incendam: taceam? instigem: purgem me? laterem lavem *.
Eheu me miserum! tum mihi paveo, tum Antipho me excruciat animi: 10
Ejus me miseret: ei nunc timeo: is nunc me retinet: nam absque eo
Esset, recte ego mihi vidissem, & senis essem ultus iracundiam:
Aliquid convasassem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes.

Ant. Quam hic fugam aut furtum parat?

Get. Sed ubi Antiphonem reperiam? aut qua quærere insistam via? 15

Ph. Te nominat. *Ant.* nescio quod magnum hoc nuntio exspecto malum.

Ph. Ah, sanus ne es?

Get. Domum ire pergam: ibi plurimum est. *Phæd.* revocemus hominem. *Ant.* sta illico. *Get.* hem!
Satis pro imperio, quisquis es. *Ant.* Geta. *Get.* ipse est, quem volui obviam.

Ant. Cedo, quid portas, obsecro? atque id, si potes, verbo expedi. 20

Le quali nè so già come fuggire,
Nè da lor come possa disbrigarmi:
Che celar non si può per lungo tempo
La così temeraria opera nostra:
E se io non ci provvedo con astuzia,
O me rovineranno o il mio padrone.

Ant. *Perchè così turbato egli sen viene?*

Get. *In oltre per far questo un sòl momento*
Ci è di tempo: il padrone è ritornato.

Ant. *Che mal ci è?* Get. *Che informato d'ogni cosa*
Quando egli sia, qual troverò rimedio
All' ira sua? se parlo più l'accendo:
Se taccio più l'instigo: e se mi voglio
Difender, laverò la testa all' asino.
Oh me tapino al sommo!
E per me temo, e sono tormentato
Per Antifone: ho gran pietà di lui,
E per lui or pavento: ed esso solo
E' quegli, che or mi tiene: che se io fossi
Senza di lui, già trovereimi in salvo;
E vendicata avrei l'ira del vecchio,
Col fare il mio fagotto e marciar via.

Ant. *Che fuga o furto medita costui?*

Get. *Ma dove mai ritroverò Antifone?*
Ovvero per qual via ricercherollo?

Fed. *Egli nomina te.* Ant. *Non ti so dire*
Che gran male aspetti io dalla sua bocca.

Fed. *Ah!. sei forse impazzito?* Get. *Andronne a casa*
Che ivi sta per lo più. Fed. *Orvia chiamiamolo.*

Ant. *Fermati in questo punto.* Get. *Ohe! chi si sia,*
Con troppo imperio egli comanda. Ant. *Geta.*

Get. *Oh egli è quei, che io volea.* Ant. *Dimmi, ten prego,*
Che cosa porti? e questa se tu puoi,
Dilla ad un fiato. Get. *Io lo farò.* Ant. *Favella.*

Get. Faciam. *Ant.* eloquere. *Get.* modò apud portum. *Ant.* meumne? *Get.* intellexti. *Ant.* occidi. *Phæd.* hem!

Ant. Quid agam? *Phæd.* quid ais? *Get.* huju' patrem vidisse me, patruum tuum.

Ant. Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inveniam, miser?

Quòd si eò meæ fortunæ redeunt, Phanium, abs te ut distrahar;

Nulla est mihi vita expetenda. *Get.* ergo istæc cum ita sint, Antipho, 25

Tantò magis te advigilare æquom est. FORTES FORTUNA ADJUVAT *.

Ant. Non sum apud me. *Get.* atqui opus est nunc, cùm maxume, ut sis, Antipho:

Nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur

Commeruisse culpam. *Phæd.* hoc verum est. *Ant.* non possum immutarier.

Get. Quid si aliquid gravius tibi nunc faciendum foret?

Ant. Cùm hoc non possum, illud minu' possem. *Get.* hoc nihil est, Phædria: ilicet *: 31

Quid conterimus operam frustra, quin abeo? *Phæd.* & quidem ego. *Ant.* obsecro:

Quid si assimulo? satin' est? *Get.* garris. *Ant.* voltum contemplamini, hem,

Satin' sic est? *Get.* non. *Ant.* quid si sic? *Get.* propemodum. *Ant.* quid si sic? *Get.* sat est.

Hem istuc serva, & verbum verbo, par pari ut respondeas, 35

30 *Quid si aliquid &c.* Alii hunc versum ita legunt. *Quid faceres, si aliud gravius &c.* Alii: *Quid faceres, si aliud quid gravius &c.*

Get. *Adesso al porto ...* A. *Ah! forse il mio..?* G. *Quel desso.*
Ant. *Son morto.* Fed. *E che ci è egli?* Ant. *Che farassi?*
Fed. *Che dici?* Get. *Che visto ho il padre di questi,*
E zio tuo. Ant. *Qual subito rimedio*
Troverò, me infelice! a tanto male?
Che se mai per la mia crudel fortuna
Sarò svelto da te, dolce mia Fania,
Verun desio non avrò più di vita.
Get. *Però sendo così le cose tue,*
Come sono, Antifone, a te conviene
Quel più star desto. La fortuna ajuta
I forti. Ant. *Io non so più dove mi sia.*
Get. *Ma adesso è il tempo, e più d' ogni altro mai,*
Che tu lo sappia, e che Antifon ti mostri:
Che se tuo padre accorgerassi punto
Della tua timidezza, senza dubbio
Da lei farà argomento del tuo fallo.
Fed. *Questo egli è vero.* Ant. *Non posso mutare*
La mia natura. Get. *Oh che sarebbe mai,*
Se dovessi oprar cosa ancor più grave?
Ant. *Se questa non posso io, men potre' quella.*
Get. *Questo, e nulla è tutto uno: ella è finita:*
Perchè gettiam nostra fatica in vano?
E perchè non mi parto? Fed. *Teco pure*
Vo' venire ancor io. Ant. *Non vi partite:*
Farò come volete; industrierommi:
Fingere così, basta?
Get. *Eh via che tu burli.* Ant. *Attentamente*
Contemplate il mio volto: dite un poco,
Così non basta? Get. *No.* Ant. *Oh in questa forma?*
Get. *Adesso ti ci accosti.* Ant. *Così forse?*
Get. *Così va bene: or via*
Serba cotesto viso, e metti studio
Nel pesar bene tutte le parole;

Ne ſuis te iratus ſævidictis protelet. *Ant.* ſcio.
Get. Vi coactum te eſſe invitum, lege, judicio: tenes?
Sed quis hic eſt ſenex, quem video in ultima platea? *Ant.* ipſus eſt.
Non poſſum adeſſe. *Get.* ah, quid agis? quò abis, Antipho? mane,
Mane, inquam. *Ant.* egomet me novi, & peccatum meum: 40
Vobis commendo Phanium, & vitam meam.
Ph. Geta, quid nunc fiet? *Get.* tu jam lites audies:
Ego plectar pendens, niſi quid me fefellerit.
Sed quod modò hìc nos Antiphonem monuimus,
Id noſmet ipſos facere oportet, Phædria. 45
Ph. Aufer mihi, oportet: quin tu, quid faciam, impera.
Get. Meminiſtin' olim ut fuerit noſtra oratio
In re incipienda ad defendendam noxiam?
Juſtam illam cauſſam, facilem, vincibilem, optumam.
Ph. Memini. *Get.* hem, nunc ipſa ea eſt opus, aut, ſi quid poteſt, 55
Meliore, & callidiore. *Ph.* fiet ſedulò.
Get. Nunc prior adito tu: ego in inſidiis hìc ero
Succenturiatus *, ſi quid deficies. *Ph.* age.

36 *Iratus ſævidictis protelet.* Al. *ſævis dictis.* Al. *ſævidicis dictis.*
36 *Protelet.* Protelare eſt abigere & longe propellere. Turpillius apud Marcellum. *Propter peccatum pauxillum indigniſſime patria protelatum eſſe ſævitia patris.* Plaut. Argum. Mercat.
Eam domi deprehenſam conjux illius
Vicini ſcortum inſimulat: protelat virum.
Hic exagitare ſignificat & perturbare: de quo Donatus plura.

Onde ne' detti tuoi, nelle risposte
Tu non t' imbrogli, e col parlare acerbo
L' irato vecchio non ti metta in fuga.

Ant. *Lo so.* Get. *Che sol per forza, nol volendo,*
La sentenza del giudice, la legge
Ti obbligò: mi capisci? Ma chi sia
Questo vecchio, che io veggio là nel fondo
Della piazza? Ant. *E' mio padre: io più non posso*
Qui fermarmi. Get. *Ah che fai? dove ten vai?*
Qui rimani, Antifon, riman, ti dico.

Ant. *Me conosco ed insieme il fallo mio:*
Vi raccomando Fania, e me con lei.

Fed. *Or che faremo, Geta?* Get. *A te i rimbrotti*
Feriranno l' orecchie: e se non erro,
A me non mancheran ceppi e nerbate.
Or tutto ciò, che poco fa insegnammo
Di fare ad Antifon, conviene a noi,
Fedria, di fare. Fed. *Lascia, quel conviene:*
E dimmi a dirittura che far deggio.

Get. *Ti ricordi di quello, che si disse*
Ad Antifon nella prima orditura
Della difesa dell' error commesso?
Come era giusta, facile, vincibile,
E ottima. F. *Ne ho memoria.* G. *Oh via di questa*
Medesima or vi è d' uopo; e se tu puoi
Usane altra migliore e più furbesca.

Fed. *Farollo con istudio.* Get. *Or tu primiero*
L' abborda: io qui starommene in agguato
Per supplimento, in caso che tu manchi
In qualche cosa. Fed. *Orsù dunque alle mani.*

ACTUS I. SCENA V.

DEMIPHO. GETA. PHÆDRIA.

Dem. ITANE tandem uxorem duxit Antipho injussu meo?
Nec meum imperium, ac, mitto imperium, non simultatem meam
Revereri saltem? non pudere? facinus audax! ô Geta
Monitor! *Get.* vix tandem. *Dem.* quid mihi dicent? aut quam caussam reperient?
Demiror. *Get.* atqui repperi jam: aliud cura. *Dem.* an hoc dicent mihi? 5
Invitus fecit: lex coëgit? audio, fateor. *Get.* placet.
Dem. Verùm scientem, tacitum caussam tradere adversariis,
Etiamne id facere lex coëgit? *Phæd.* illud durum. *Get.* ego expediam: sine.
Dem. Incertum est, quid agam, quia præter spem, atque incredibile hoc mihi obtigit.
Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere. 10
Quamobrem OMNES, CUM SECUNDÆ RES sunt maxume, tum maxume
Meditari secum oportet, quo pacto advorsam ærumnam ferant.

ATTO

5 *An hoc dicent mihi*? Al. *dicet.*, & in sequenti versu pro *fecit* habent *feci* a plurali ad singularem numerum sermone translato.

11 *Omnes cùm secundæ &c.* Vide Cicer. lib. 3. Tuscul. quæstion. ubi totus hic Terentii locus.

ATTO I. SCENA V.

DEMIFONE, GETA, E FEDRIA.

Dem. *Così dunque Antifone ha preso moglie,*
Contro del mio volere e a mio dispetto?
Nè il mio comando, ma lascio il comando,
Non temè l' ira mia, o n' ebbe almeno
Rossore alcuno? oh temeraria impresa!
Oh Geta autore! Get. *Affè che io lo credei*
Di me scordato affatto;
Ma glien' è sovvenuto in sulla fine.
Dem. *Ora costor che cosa mi diranno?*
Qual addurranno scusa? io non la trovo.
Get. *Ed io l' ho già trovata: cerca d' altro.*
Dem. *Forse questo diranmi? contra voglia*
Lo feci, e fui forzato dalla legge?
L' ammetto; e mi par cosa verisimile.
Get. *Dice bene.* Dem. *Ma che un uomo informato*
Dell' affar senza aprir punto la bocca,
E senza far contrasto all' avversario
Perda la lite noi dovrem pur dire
Che in ciò la legge gli abbia fatto forza?
Fed. *Oh questo è un osso duro!*
Get. *Lascia a me far: darò ripiego a tutto.*
Dem. *Non so in questo qual via debbo tenere,*
Essendomi avvenuto una tal cosa
Fuor d' ogni stima, e fuor d' ogni credenza.
E sì l' ira mi offusca or l' intelletto
Che nè pur trovo il modo da pensare:
Ond' è che ognuno, allorchè le sue cose
Vanno felici al sommo, al sommo allora
Ei debbe meditar tra se medesmo

Il modo da soffrir la rea fortuna.
Colui, che da lontan ritorna a casa,
Sempre pensi a pericoli, a disgrazie,
Od a qualche delitto del figliuolo,
Od alla morte della sua mogliera,
Od alla figlia, che si giaccia inferma:
Cose comuni a tutti, e che pur troppo
Ponno accadere: e se di tanti mali
Qualcun non avverranne,
Se lo ponga a guadagno.

Get. *O Fedria, egli non è punto credibile.*
Quanto in prudenza avanzo il mio padrone.
Già presenti a me son tutti i miei guai:
Tornato che sarà il padrone a casa,
Io già mi veggio dentro d'un mulino:
Odo già il fischio delle mie nerbate:
Già mi veggio fra' ceppi, e già mi pare
Di star nel campo colla zappa in mano:
E se di tanti mali
Qualcun non avverrammi,
Me lo porrò a guadagno. Ma che tardi
D'andare inverso lui, e non principi
Dolcemente a parlargli? Dem. *Io veggio il figlio*
Del mio fratello, che mi viene incontro.

Fed. *Ti saluto, mio zio.* Dem. *Ed io te pure:*
Ma Antifone dove è? Fed. *Che fu tornato*
Con salute... Dem. *Lo credo: ma rispondimi*
A questo. Fed. *Egli sta bene e qui si trova.*
Le cose van pur tutte a tuo piacere?

Dem. *Certamente il vorrei.* Fed. *Oh perchè questo?*

Dem. *Me lo domandi, Fedria? me lontano*
Avete fatto qui di belle nozze.

Fed. *Oh per questo con esso tu t'adiri?*

Get. *Che buon maestro!* Dem. *Io non dovrò sdegnarmi*

L ij

Dari mî in conspectum: nunc sua culpa ut sciat
Lenem patrem illum factum me esse acerrimum.

Ph. Atqui nil fecit, patrue, quod succenseas.

Dem. Ecce autem similia omnia: omnes congruunt:
Unum cognoris, omnes noris. *Ph.* haud ita est. 35

Dem. Hic in noxa est, ille ad defendendam caussam adest.
Cùm ille est, hic præsto est: tradunt operas mutuas.

Get. Probe eorum facta imprudens depinxit senex.

Dem. Nam ni hæc ita essent, cum illo haud stares, Phædria.

Ph. Si est, patrue, culpam ut Antipho in se admiserit, 40
Ex qua re minus rei foret aut famæ temperans,
Non caussam dico, quin, quod meritus sit, ferat:
Sed si quis forte malitia fretus sua,
Insidias nostræ fecit adolescentiæ,
Ac vicit; nostran' culpa ea est, an judicum, 45
Qui sæpe propter invidiam adimunt diviti,
Aut propter misericordiam addunt pauperi?

Get. Ni nossem caussam, crederem vera hunc loqui.

Dem. An quisquam judex est, qui possit noscere
Tua justa, ubi tute verbum non respondeas, 50
Ita ut ille fecit? *Ph.* functus adolescentuli est

37 *Cùm ille est, hic præsto est.* Scil. Quando ille in culpa est, hic ad defendendam caussam adest.

39 *Cum illo haud stares.* Servius ad Æn. 8. ver. 653. habet *pro illo haud stares.* Utrumque recte, & sensu eodem. Nam in ejus parte *stamus*, pro quo facimus. Sic Virg. Æn. 12. ver. 565.
Jupiter hic stat...

50 *Tua justa, ubi tute &c.* Plinius. *Prævaricatio est transire dicenda.*

Con esso lui? mi pare ogni ora mille
Che ei mi capiti avanti: acciocchè veggia
Me, di quel padre suo piacevol tanto,
Fatto per colpa sua duro all' estremo.

Fed. *Ma nulla ei fe, mio zio, onde ti adiri.*

Dem. *Ecco come combina insieme il tutto:*
Son d' accordo fra loro:
Se un ne conosci, gli conosci tutti.

Fed. *Non è così.* Dem. *Questi egli è in colpa, e quegli*
Sta pronto per difenderlo: dove uno
Si trova è l' altro pure: fra di loro
Fanno a farsi servizio. Get. *Oh come al vivo*
Nulla sapendo, egli ha dipinta il vecchio
I costumi d' entrambo! Dem. *Che per cert*
Se le cose non fossero in tal guisa,
Fedria, tu non terresti le sue parti.

Fed. *Se fosse vero che Antifone avesse*
Errato, e che per via d' un tal errore
Avesse egli intaccato e roba e fama,
Lascerei ch' ei soffrisse quel gastigo,
Che egli si meritasse: ma se alcuno
Bene appoggiato nella sua malizia
Pose insidie alla nostra etade inferma,
E restò vincitore; avrà da dirsi
Una tal colpa nostra? oppur di quelli,
Che sedendo in giudizio, spesse volte
O fanno furto per invidia al ricco,
O fanno dono per pietade al povero?

Get. *Se io non sapessi come va la cosa,*
Crederei che costui dicesse il vero.

Dem. *Ma vi è giudice alcun, che i tuoi diritti*
Conoscer possa, quando tu stii zitto
Siccome stette quegli? Fed. *Ei compì bene*
Alle parti d' un nobile garzone:

Officium liberalis: poſtquam ad judices
Ventum eſt, non potuit cogitata proloqui:
Ita eum tum timidum ibi obſtupefecit pudor.

Get. Laudo hunc: ſed ceſſo adire quamprimùm ſenem? 55
Here, ſalve; ſalvom te adveniſſe gaudeo. *Dem.* Oh!
Bone cuſtos, ſalve; columen verò familiæ,
Cui commendavi filium hinc abiens meum.

Get. Jamdudum te omnes nos accuſare audio,
Immeritò, & me omnium horum immeritiſſimò. 60
Nam quid me in hac re facere voluiſti tibi?
Servum hominem cauſſam orare leges non ſinunt:
Neque teſtimonii dictio eſt. *Dem.* mitto omnia: addo
Iſtuc: imprudens timuit adoleſcens, ſino:
Tu ſervus: verùm ſi cognata eſt maxume, 65
Non fuit neceſſe habere; ſed, id quod lex jubet,
Dotem daretis; quæreret alium virum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum?

Get. Non ratio, verùm argentum deerat. *Dem.* ſumeret
Alicunde. *Get.* alicunde? NIHIL EST dicto facilius.

Dem. Poſtremò, ſi nullo alio pacto, fœnore. 71

Get. Hui! dixti pulcrè, ſi quidem quiſquam crederet
Te vivo *. *Dem.* non, non ſic futurum eſt, non poteſt.

57 *Columen verò familiæ.* Donatus *columen* dici putat perinde quaſi columnam dicas, cui domus innitatur. Unde *columellæ* apud veteres dicti ſervi majores domus. Lucil. 22.
Servus neque infidus domino, neque inutilis cuiquam
Lucili columella, hic ſitus eſt Metrophanes.

Perchè venuto avanti al tribunale,
Quello non potè dir, che aveva in mente:
Così restò per la vergogna attonito.

Get. *Bravo avvocato! ma perchè non vado*
Ad abbordare il vecchio? o padron mio,
Io ti saluto; e sento gran piacere
Di vederti tornato così bene.

Dem. *Buon giorno, o nostro bravo direttore,*
O fermo appoggio di tutta la casa,
A cui partendo consegnai il mio figlio.

Get. *Egli è del tempo, che odo dir che tutti*
Ne accusi, e sempre a torto;
E me più a torto assai di qualunque altro.
Imperocchè che avresti mai voluto
Che io ti facessi in questa cosa? a' servi
Negan le leggi il fare d' avvocato:
Nè per essi ponno esser testimoni.

Dem. *Io t' accordo ogni cosa: anzi vi aggiungo*
Questo di più: fu preso da temenza
L' inesperto ragazzo: te l' ammetto;
E tu sei schiavo: ma in qualunque modo
Ci fosse ella parente, io non ci vedo
Necessità perch' egli la sposasse;
Potevate dotarla come vuole
La legge, ed essa prendersi un altro uomo:
Onde non so per qual ragion piuttosto
Se la menava a casa senza dote?

Get. *La ragion ci era, ma non già l' argento.*

Dem. *Sel dovea procacciar da qualche parte.*

Get. *Da qualche parte? ci vuol poco a dirlo.*

Dem. *In fin se gli era tolto ogni altro modo,*
Pigliarlo a usura. Get. *Cappita, padrone,*
L' hai detta pur con grazia! ed evvi alcuno,
Che, vivo te, prestassegli denaro?

Egone illam cum illo ut patiar nuptam unum
diem ?
Nil ſuave meritum eſt: hominem commonſtrarier 75
Mihi iſtum volo, aut, ubi habitet, demonſtrarier.

Get. Nempe Phormionem? *Dem.* iſtum patronum mulieris.

Get. Jam faxo hîc aderit. *Dem.* Antipho ubi nunc eſt? *Ph.* foris.

Dem. Abi, Phædria, eum require, atque adduce huc. *Ph.* eo
Recta via quidem illuc. *Get.* nempe ad Pamphilam. *Dem.* at ego 80
Deos penateis hinc ſalutatum domum
Devortar: inde ibo ad forum, atque aliquot mihi
Amicos advocabo, ad hanc rem qui adſient,
Ut ne imparatus ſim, ſi adveniat Phormio.

81 *Deos penateis hinc ſalutatum.* Elegans locutio *Deos ſalutare*, quam Servius etiam probat, Terentii hunc. locum laudans, ad Virgil. Æneid. 12 verſ. 257. *Augurium ſalutant.* Sic Livius lib. 38. *Ego hinc extemplo in Capitolium ad Jovem optimum maximum, Junonemque & Minervam cæteroſque Deos, qui Capitolio atque arci præſident ſalutandos ibo.* Paſſim autem hujus devotionis, qua Penates ſalutabantur, in comœdiis exempla. Legendus Hieronymus in Eſaiam lib. 16. cap. 58. Penates, ait Dionyſ. lib. 1., duos adoleſcentes fuiſſe militari habitu. qui ſederent & pila in manibus tenerent cui rei teſtimonium titulus ſubeſſet, DII PENATES. Eos Nigid. apud Macrob. Sat. 3. c. 4. putat eſſe Apollinem & Neptunum, alii Jovem & Junonem alii Caſtorem & Pollucem fuiſſe aſſerunt. *Dii Penates*, inquit Cic. de Nat. Deor. lib. 2., *ſive a penu ducto nomine (eſt enim omne quo veſcuntur homines. penus) ſive ab eo, quod penitus inſident, ex quo etiam penetrales, a poëtis dicuntur.*

Dem. *No del certo: così non ha da ire,*
Nè può: sofferirò che un giorno solo
Resti quella mogliera di quell' altro?
Tanto più che si è meco diportato
Sì che da me non merta alcun piacere?
Voglio veder quest' uomo, o mi s' insegni
La sua casa. Get. *Cioè di Formione?*
Dem. *Di cotesto avvocato della donna.*
Get. *Farò che quanto prima egli a te venga.*
Dem. *Antifone ove adesso si ritrova?*
Fed. *E' fuora.* Dem. *Vanne Fedria, a ricercarlo;*
E qui lo mena. Fed. *adesso a dirittura*
Vado. Get. *Cioè alla sua amica Panfila.*
Dem. *Adesso io me ne voglio andare a casa,*
Per ivi salutar gli Dei Penati:
Di poi me n' andrò in piazza a ricercare
Di qualche amico, che mi porga ajuto
In questa cosa; perchè Formione,
Se arriva non mi trovi sprovveduto.

ACTUS SECUNDI.

SCENA PRIMA.

PHORMIO. GETA.

Phor. ITANE patris ais conspectum veritum hinc abiisse? *Get.* admodum.
Phor. Phanium elictam solam? *Get.* sic. *Phor.* & iratum senem?
Get. Oppidò. *Phor.* ad te summa solum, Phormio, rerum redit:
TUTE HOC INTRISTI *, tibi omne est exedendum: accingere.
Get. Obsecro te. *Phor.* si rogitabit. *Get.* in te spes est. *Phor.* eccere *, 5
Quid si reddet? *Get.* tu impulisti. *Phor.* sic opinor. *Get.* subveni.
Phor. Cedo senem: jam instructa sunt mihi in corde consilia omnia.
Get. Quid ages? *Phor.* quid vis? nisi uti maneat Phanium, atque ex crimine hoc
Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram derivem senis?
Get. O vir fortis, atque amicus! verùm hoc sæpe, Phormio, 10
Vereor, ne istæc fortitudo in nervum erumpat denique. *Phor.* ah,
Non ita est, factum est periclum: jam pedum visa est via.
Quot me censes, homines jam deverberasse usque ad necem
Hospites? tum cives? quo magi' novi, tantò sæpius.

ATTO SECONDO.

SCENA PRIMA.

FORMIONE, E GETA.

For. *Dunque dì tu ch' egli di qui partissi,*
Per timor della vista di suo padre?
Get. *Senza alcun dubbio.* For. *E lasciò Fania sola?*
Get. *Sicuramente.* For. *E 'l vecchio incollerito?*
Get. *Ed in che modo!* For. *Di cotante cose,*
Tutta sulle tue spalle, Formione,
Ha da posar la soma: questa torta
Tu sol facesti, e tu l' hai da mangiare.
Ora dunque alle mani.
Get. *Ti supplico...* For. *Se a sorte chiederammi.*
Get. *In te si spera.* For. *Ecco a ciò la risposta:*
Ma s' ei risponderammi?.. Get. *Fummo spinti*
A ciò fare da te. For. *Così mi penso.*
Get. *Ajutaci.* For. *Orsù via, menami al vecchio:*
Già preparate ho tutte nella mente
Le macchine e i consigli. Get. *E che vuoi fare?*
For. *Quello, che brami tu: cioè che resti*
Ad Antifone Fania, e che Antifone
Sembri al padre innocente, e che in me tutta
Faccia sgorgar la collera del vecchio.
Get. *Oh bravo uomo, ed amico veramente!*
Ma ho gran timor che questa tua bravura,
Come sovente accade, non ti metta
I ceppi a' piedi. For. *Sta pur di buon cuore;*
Già mi è nota la via. Quanti ti credi
Che colle mie tristizie abbia io percossi,
E poco meno che ridotti a morte

Cedo dum, en unquam injuriarum audisti mî scriptam dicam? 15

Get. Quî istuc? *Phor.* quia NON RETE ACCIPITRI tenditur, neque milvio,

Qui male faciunt nobis: illis qui nil faciunt tenditur:

Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.

Aliis aliunde est periclum, unde aliquid abradi potest:

Mihi sciunt nihil esse: dices, ducent damnatum domum. 20

Alere nolunt hominem edacem *: & sapiunt, mea quidem sententia,

Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere.

Get. Non pote sati' pro merito ab illo tibi referri gratia.

Phor. Imo enim nemo sati' pro merito gratiam regi refert.

Tene asymbolum venire, unctum atque lautum a balneis, 25

Otiosum ab animo; cùm ille & cura, & sumptis absumitur,

Dum tibi sit, quod placeat, ille ringitur, tu rideas;

Prior bibas, prior decumbas: cœna dubia * apponitur.

Get. Quid istuc verbi est? *Phor.* ubi tu dubites, quid sumas potissimùm.

15 *Scriptam dicam*. Vide notam supra act. 1. sc. 2. ver. 77.

16 *Non recte accipitri*. Juvenalis eodem sensu.

Dat veniam corvis, vexat censura columbas.

E cittadini e forestieri? Al certo
Tanto meglio mi va, quanto più pecco:
E pure quando mai sentisti dire
Me querelato, o chiamato in giudizio?

Get. *E perchè questo?* For. *Perchè non si tende*
La rete per pigliar falco o smeriglio,
Che ci fanno del mal: si tende solo
Per quei, che non ci fan danno veruno.
E d'onde ciò? perchè in questi è guadagno,
E in quei si butta il tempo e la fatica.
Il pericolo è sempre per coloro,
Che hanno roba da perdere: io mi trovo
Senza nulla; però sto sul sicuro.
Ma qui mi dirai tu: ti condurranno
I creditori tuoi dannato a casa.
Ah non vorranno un mangiator d'attorno:
E a mio parer l'intendon molto bene,
Se non voglion pagar una mal opra
Con un favore immenso. Get. *Il mio Antifone*
Non ti ringrazierà mai quanto meriti.

For. *Anzi noi altri mai non siam bastanti*
A ringraziare i nostri buon padroni.
E che, forse ti par cosa da nulla
Cenare a uso, e di odorosi ungenti
Olezzar tutto, e uscir fuora del bagno
Fresco e pulito, e star queto di mente;
Quando eglino, acciò che nulla ti manchi,
Son rosi da pensieri e dalle spese?
Egli si arrabbia, e tu contento ridi;
Tu bevi il primo, e primo a mensa siedi:
Mensa piena di dubbi. Get. *Oh che vuol dire*
Mensa piena di dubbi? For. *Egli vuol dire*
Che tu rimanga incerto da qual piatto
Tu debba specialmente dar principio.

Hæc, quum rationem ineas quàm ſint ſuavia,
& quàm cara ſint; 30
Ea qui præbet, non tu hunc habeas plane præſentem deum *?

Get. Senex adeſt, vide quid agas: prima coitio eſt acerrima:
Si eam ſuſtinueris, poſt illa jam, ut lubet, ludas licet.

ACTUS II. SCENA II.

DEMIPHO. GETA. PHORMIO.

Dem. En unquam cuiquam contumelioſius
Audiſtis factam injuriam, quàm hæc eſt mihi?
Adeſte quæſo. *Get.* iratus eſt. *Phor.* quin tu hoc age, 'ſt.
Jam ego hunc agitabo: prô deûm immortalium!
Negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho? 5
Hanc Demipho negat eſſe cognatam? *Get.* negat.

Phor. Neque ejus patrem ſe ſcire qui fuerit? *Get.* negat.

Dem. Ipſum eſſe opinor, de quo agebam: ſequimini.

Phor. Nec Stilphonem ipſum ſcire, qui fuerit? *Get.* negat. 9

Phor. Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens,
Negligitur ipſa; VIDE AVARITIA QUID FACIT.

Get. Si herum inſimulabis avaritiæ, male audies.

Dem. O audaciam! etiam me ultrò accuſatum advenit?

Phor. Nam jam adoleſcenti nihil eſt quod ſuccenſeam,
Si illum minus norat: quippe homo jam grandior, 15

Ora quando avrai tu pensato bene
Di che prezzo elle son siffatte cose,
Ed il piacere, che da lor deriva;
Dimmi chi ti terrà che un tal signore
Tu non adori in terra al par d'un Dio?
Get. *Il vecchio è qui presente; sta in cervello.*
Il primo attacco è certamente acerbo:
Ma se tu lo sostieni, dopo quello
Tutto il restante ridurrassi a giuoco.

ATTO II. SCENA II.

DEMIFO, GETA, E FORMIONE.

Dem. *DITE, per avventura udiste mai*
Fatta ad alcuno ingiuria sì villana,
Come ella è questa mia? vi prego tutti
A non abbandonarmi. Get. *Avvampa d'ira.*
For. *Taci tu che or lo vo' mettere a leva.*
Per gl' immortali Dei! nega Demifo
Che questa Fania a lui parente sia?
Demifo nega che gli sia parente?
Get. *Lo nega.* Dem. *Questi a me sembra colui,*
Del qual vi ragionava: seguitatemi.
For. *Nè sa chi il padre suo si fosse?* Get. *Il nega.*
For. *Nè lo stesso Stilfone ei sa chi fosse?*
Get. *Lo nega.* For. *Perchè povera è rimasta*
La meschina, s'ignora il padre suo,
Ed essa è disprezzata: oh vedi un poco
Quel, che fa l'avarizia! Get. *Se tu accusi*
Il padron mio d'avaro, andratti male.
Dem. *Che sfrontato! e di più vuolmi accusare?*
For. *Contro Antifon non ho cosa da dire,*
Se ei non l'ha conosciuto: certamente

Pauper, cui opera vita erat, ruri fere
Se continebat: ibi agrum de noſtro patre
Colendum habebat: ſæpe interea mihi ſenex
Narrabat, ſe hunc negligere cognatum ſuum.
At quem virum? quem ego viderim in vita optumum. 20

Get. Videas te, atque illum, ut narras. *Phor.* abi in malam crucem:
Nam ni ita eum exiſtumaſſem, nunquam tam graveis
Ob hanc inimicitias caperem in voſtram familiam,
Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter.

Get. Pergin' hero abſenti male loqui, impuriſſime?

Phor. Dignum autem hoc illo eſt. *Get.* ain' tandem, carcer? *Dem.* Geta. 26

Get. Bonorum extortor, legum contortor. *Dem.* Geta.

Phor. Reſponde. *Get.* quis homo eſt? ehem. *Dem.* tace. *Get.* abſenti tibi
Te indignas, ſeque dignas contumelias
Nunquam ceſſavit dicere hodie. *Dem.* ohe, deſine. 30
Adoleſcens, primùm abs te hoc bona venia peto,
Si tibi placere potis eſt, mihi ut reſpondeas:
Quem amicum tuum ais fuiſſe iſtum? explana mihi,
Et qui cognatum me ſibi eſſe diceret?

Phor. Proinde expiſcare, quaſi non noſſes. *Dem.* noſſem? *Phor.* ita. 35

Quegli

24 *Illiberaliter*. Veteres *illiberaliter* dicebant *factum*, ſi quis exceſſiſſet omne genus maleficii. Sic in Adelph. Act. 4. ſc. 5. v. 28.
... *factum a vobis duriter*,
Immiſericorditerque, *atque etiam*,
ſi eſt, *pater*,
Dicendum magis aperte, *inliberaliter*.
Ubi *illiberaliter* pro magno hic ultimum ponitur.

Quegli era uomo già ſatto e poverello,
Che ſi nutriva colle ſue fatiche,
E ſe ne ſtava per lo più in campagna;
Dove mio padre aveagli conceduto
Un pezzo di terren lavorativo:
Ed ei frattanto mi dicea ſovente,
Come i parenti ſuoi non ſean di lui
Conto veruno: ed oh l'uomo ch' egli era!
Neſſuno vidi mai miglior di lui.

Get. *Or te con lui confronta, e vedi poi*
Se lo ſteſſo di te ſi poſſa dire.

For. *Che ti ſpolpino i corvi: credi forſe*
Che, ſe ſtimato non l'aveſſi io tale,
Mi foſſi inimicata per coſtei
Sì gravemente la voſtra famiglia,
Che in modo sì villano or ei dileggia?

Get. *E ſegui ancor, furfante, a parlar male*
Del mio padrone dietro alle ſue ſpalle?

For. *Se lo merita.* Get. *E ancora non ti cheti?*
Uomo degno di carcere e di ceppi.

Dem. *Geta.* Get. *De' beni altrui eſtorcitore,*
Contorcitore delle leggi. Dem. *Geta.*

For. *Riſpondi.* Get. *Chi mi chiama? oh!* ... Dem. *Non parlare.*

Get. *Te lontano, coſtui non ha ceſſato*
In tutt' oggi a ingiuriarti con parole
Di te non degne, e degne aſſai di lui.

Dem. *Orvia finiamla: a te domando in prima*
Quel giovane, e con pace e quando ſia
Con tuo piacer che a' detti miei riſponda:
Chi fu colui, che affermi eſſer tuo amico,
E che diceva che io gli ſon parente?

For. *Oh bravo peſcator! tu getti l'amo,*
Quaſi che non lo ſappia? Dem. *Che io lo ſappia?*

Dem. Ego me nego: tu, qui ais, redige ad memoriam.
Phor. Eho! tu sobrinum tuum non noras? *Dem.* enecas:
Dic nomen. *Phor.* nomen? maxume. *Dem.* quid nunc taces?
Phor. Perii hercle, nomen perdidi. *Dem.* hem, quid ais? *Phor.* Geta,
Si meministi id quod olim dictum est, subjice: hem, 40
Non dico: quasi non noris, tentatum advenis.
Dem. Egon' autem tento? *Get.* Stilpho. *Phor.* atque adeò, quid mea?
Stilpho est. *Dem.* quem dixti? *Phor.* Stilphonem, inquam, noveras.
Dem. Neque ego illum noram, neque mihi cognatus fuit
Quisquam isto nomine. *Phor.* itane? non te horum pudet? 45
At si talentûm rem reliquisset decem...
Dem. Dii tibi male faciant. *Phor.* primus esses memoriter
Progeniem vostram usque ab avo, atque atavo proferens.
Dem. Ita ut dicis: ego tum si advenissem, qui mihi
Cognata ea esset, dicerem: itidem tu face 50
Cedo, quî est cognata? *Get.* heus noster, recte: heus tu cave.
Phor. Dilucide expedivi, quibus me oportuit
Judicibus: tum, id si falsum fuerat, filius
Cur non refellit? *Dem.* filium narras mihi?
Cujus de stultitia dici, ut dignum est, non potest. 55

For. *Sì certo.* Dem. *Te lo nego: tu che 'l dici*
Me lo torna in memoria. For. *Oh! il tuo cugino*
Non conoſcevi? Dem. *Tu mi ammazzi: dimmi*
Il ſuo nome. For. *Il ſuo nome? volentieri.*
Dem. *Ma tu taci?* For. *Per Dio ſon rovinato!*
Ho perduto il ſuo nome. Dem. *Orvia che dici?*
For. *Geta, ſe ti ſovvien di ciò, che io diſſi*
Teco una volta, adeſſo mel rammenta.
Io non vo' dirlo quaſi che nol ſappia:
E veggio ben che vieni ad iſcalzarmi.
Dem. *A ſcalzarti?* Get. *Stilfone.* For. *Alla fin fine,*
E che m' importa il dirlo? egli è Stilfone.
Dem. *Che hai tu detto?* For. *Stilfone; e certamente*
Tu l' avrai conoſciuto. Dem. *A' giorni miei*
Non l' ho veduto mai; e mio parente
Di queſto nome alcun non ebbi mai.
For. *Così dunque tu dici? e non hai punto*
Roſſor di coſe tali? ma ſe a caſo
Laſciato ti aveſſe ei dieci talenti...
Dem. *Il malan, che ti colga.* For. *Il primo allora*
Sareſti a avere in punta della lingua
I nomi tutti della voſtra ſtirpe;
Dal nonno incominciando e dal biſnonno.
Dem. *Tu dì bene: ora ſe io giungeva a tempo*
A quel giudizio, conforme avrei detto
La maniera, per cui mi era parente;
Così fare tu dei: orsù mi narra
Come mi era parente? Get. *Molto bene*
La diſcorri padrone: e oh tu ti guarda.
For. *I giudici, li quali era mio peſo*
D' informar ſopra ciò, feci capaci:
E ſe nello informare eſpoſi il falſo,
Perchè non rigettollo il tuo figliuolo?
Dem. *Del figlio mio tu parli? ch' è sì ſciocco*

Phor. At tu, qui ſapiens es, magiſtratus adi,
Judicium de eadem cauſſa iterum ut reddant tibi:
Quandoquidem ſolus regnas, & ſoli licet
Hîc de eadem cauſſa bis judicium adipiſcier.

Dem. Etſi facta mihi injuria eſt, veruntamen 60
Potius quàm lites ſecter, aut quàm te audiam,
Itidem ut cognata ſi ſit, id quod lex jubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.

Phor. Ha, ha, hæ, homo ſuavis! *Dem.* quid eſt? num iniquom poſtulo?
Anne hoc quidem ego adipiſcar, quod jus publicum eſt? 65

Phor. Itane tandem, quæſo? ubi abuſu' ſis,
Mercedem dare lex jubet ei, atque amittere; an,
Ut ne quid turpe civis in ſe admitteret
Propter egeſtatem, proxumo juſſa eſt dari,
Ut cum uno ætatem degeret? quod tu vetas. 70

Dem. Ita, proxumo quidem: at nos unde? aut quam ob rem? *Phor.* ohe,
ACTUM, ajunt, NE AGAS. *Dem.* non agam? imò haud deſinam,

56 *At tu &c.* Ironia. Illudit Phormio ſeni contra conſuetudinem juris agenti, quaſi de re judicata aliud judicium ſumeretur.

63 *Minas quinque accipe.* Ita enim lex, de qua multi. Verùm auctis rebus Athenienſium a quinque minis, ad decem ventum eſt: ut Meurſius accurate docet. Cæterum Eugraphius & Fortunatianus *decem millia* dotis lege conſtituta exprimunt. Meurſius *decem minas*, pro *decem millibus* in utroque corrigendum putat: facilis ſane lapſus, *decem MILL.* pro *decem MIN.*

72 *Actum ne agas.* Adagium a judiciorum conſuetudine ſumptum, qua non licet iterum cauſſam agere de qua jam ſit pronunciatum. Plaut. *Rem actam agis.*

Che non può dirsi della sua sciocchezza
Tanto quanto bisogna, e ch' ei si merita.

For. *Ma tu, che sei sì saggio, a' Magistrati*
Vanne, acciochè su questa causa stessa
Ti ascoltino di nuovo: ogni qual volta
Fai qui tanta figura, e a te sol lice
Sopra una causa aver doppio giudizio.

Dem. *Se ben mi si fa torto, nondimeno*
Prima che litigare oppur chiarirmi
Del modo, onde colei mi sia parente,
La vo' dotar conforme vuol la legge.
Orsù menala via: para la mano;
Eccoti cinque mine. For. *Ah, ah tu sei*
Veramente soave! Dem. *Oh che ci è egli?*
Forse ti chieggio ingiuste cose? o forse
Mi si vorrà negar ciò, che permette
Il pubblico diritto a chi che sia?

For. *Così dunque le leggi avran fermato*
Che usando alcun con donna cittadina,
Ei la possa trattar da meretrice,
Col pagarla e levarsela d' attorno?
Oppure avran voluto, acciocchè mai
Donna civile in povertà rimasa,
Cosa non faccia del suo grado indegna;
Che alcun parente se la prenda in moglie,
E seco meni tutta la sua vita?
E tu vuoi ciò vietare? Dem. *Io non lo vieto;*
Diasi pure a un parente: ma in che modo
Or noi ci entriamo? e d' onde, e per qual via?

For. *Ohe, tu imbotti la nebbia:*
Lascia omai di toccare questo tasto.

Dem. *Che io lasci di toccarlo? vo' toccarlo,*
Nè lascerollo mai; finchè io non abbia
Data l' ultima mano a questo affare.

Donec perfecero hoc. *Phor.* ineptis. *Dem.* ſine modò.
*Phor.*Poſtremò tecum nihil rei nobis, Demipho, eſt:
Tuus eſt damnatus gnatus, non tu: nam tua 75
Præterierat jam ad ducendum ætas. *Dem.* omnia hæc
Illum putato, quæ ego nunc dico, dicere:
Aut quidem cum uxore hac ipſum prohibebo domo.
Get. Iratus eſt. *Phor.* tute idem melius feceris.
*Dem.*Itane es paratus facere me advorſum omnia,
Infelix? *Phor.* metuit nos, tametſi ſedulò 81
Diſſimulat. *Get.* bene habent tibi principia. *Phor.* quin quod eſt
Ferundum fers? tuis dignum factis feceris,
Ut amici inter nos ſimus. *Dem.* egon' tuam expetam
Amicitiam, aut te viſum, aut auditum velim? 85
*Phor.*Si concordabis cum illa, habebis, quæ tuam
Senectutem oblectet: reſpice ætatem tuam.
*Dem.*Te oblectet: tibi habe. *Phor.* minue verò iram. *Dem.* hoc age:
Satis jam verborum eſt; niſi tu properas mulierem
Abducere, ego illam ejiciam: dixi, Phormio. 90
*Phor.*Si tu illam attigeris ſecus, quàm dignum eſt liberam,
Dicam impingam tibi grandem: dixi, Demipho.
Si quid opus fuerit, heus, domo me. *Get.* intelligo.

90 *Dixi*. Hoc verbo utebantur perorata cauſſa: Cic. *præco dixiſſe pronuntiat*. Sed hic minantis eſt, ideo etiam a Phormione, ut par pari referat, repetitum. Hec. act. 4. ſc. 3. verſ. 5. Laches iratus uxorem alloquitur: *I ergo intrò, & compone, quæ tecum ſimul ferantur: dixi*.

For. *Cominci a dar di volta.* Dem. *Aspetta un poco.*
For. *Ma finalmente teco, Demifone,*
Io non ho che spartire: il tuo figliuolo,
Non te danna la legge: l' età tua
Già ti francheggia dal pigliar mogliera.
Dem. *E tu ti pensa che quanto or ti dico,*
Te lo dica il mio figlio: o che da casa
Con tal consorte terrò lui lontano.
Get. *E' gli è salita la mostarda al naso.*
For. *Meglio faresti tu, se di tua casa*
Uscissi, e vota la lasciassi a lui.
Dem. *Dunque sei così pronto, oh me tapino!*
A darmi contro in tutte le mie cose?
For. *Costui, sebben nol mostra e assai si copre,*
Ha un timore di noi che se ne spirita.
Get. *I principj van bene.* For. *Anzi sopporta*
Ciò, ch' è da sopportarsi; e farai cosa
Degna di te, per cui saremo amici.
Dem. *Che mai possa io bramar la tua amicizia,*
O cercar di vederti o di ascoltarti?
For. *Se egli avverrà che tu viva d' accordo*
Con quella nuora tua,
Avrai di che allegrar la tua vecchiezza:
Pensa che molto in là tu sei cogli anni.
Dem. *Te rallegri: tua sia.* For. *Non tanta collera.*
Dem. *Bada a me: non vo' più spender parole;*
Se non ti affretti a menar via costei,
Io via la caccerò: Formione, ho detto.
For. *Se in altra guisa tu la tratterai,*
Che si convenga a nobile donzella,
Appetterotti un' accusa sonora
Da rovinarti: Demifone ho detto.
O tu, se a sorte bisognasse nulla,
Sarò in casa. Get. *So quello, che ho da fare.*

ACTUS II. SCENA III.

Demipho. Geta. Hegio. Cratinus. Crito.

Dem. Quanta me cura & ſollicitudine afficit
Gnatus, qui me & ſe hiſce impedivit nuptiis!
Neque mî in conſpectum prodit; ut ſaltem ſciam
Quid de hac re dicat, quidve ſit ſententiæ.
Abi tu, viſe, redieritne jam, an nondum, domum. 5
Get. Eò. *Dem.* videtis quo in loco res hæc ſiet.
Quid ago? dic, Hegio. *Heg.* ego? Cratinum cenſeo,
Si tibi videtur. *Dem.* dic, Cratine. *Crat.* mene vis?
Dem. Te. *Crat.* ego, quæ in rem tuam ſint, ea velim facias: mihi
Sic hoc videtur: quod te abſente hîc filius 10
Egit, reſtitui in integrum æquom eſt, & bonum:
Et id impetrabis: dixi. *Dem.* dic nunc, Hegio.
Heg. Ego ſedulò hunc dixiſſe credo: verum ita eſt,
Quot homines, tot ſententiæ: ſuus cuique mos:
Mihi non videtur, quod ſit factum legibus, 15
Reſcindi poſſe: & turpe inceptum eſt. *Dem.* dic, Crito.
Crit. Ego amplius deliberandum cenſeo.
Res magna eſt. *Heg.* nunquid nos vis? *Dem.* feciſtis probe:

11 *Reſtitui in integrum*. h. e. ut quæ facta ſunt, pro infectis habeantur, & irrita declarentur. Ulpianus l.4. Pandect. tit. *De in integrum reſtitutione*, ſcribit titulo reſtitutionis in integrum plurifariam Prætorem hominibus vel lapſis, vel circumſcriptis ſubvenire, ſive metu, ſive calliditate, ſive ætate, ſive abſentia inciderint in captionem.

15 *Quod ſit factum legibus, reſcindi poſſe*. Quintilianus in declam. *Quod lege agitur, non ſolet vindicari lege*. Et alibi. *Quidquid lege factum eſt, vindicari lege non ſolet*, & mox: *Judicia tamen judiciis reſcindi non poſſunt*.

ATTO II. SCENA IV.

DEMIFONE, GETA, EGIONE, CRATINO, CRITO.

Dem. *Quanto mi affligge queſto mio figliuolo,*
Che me con lui ha poſto in grande intrigo,
Mercè di queſte nozze! e ancor nol veggio;
Almeno per ſaper ſopra un tal fatto
Che coſa egli ne dica, o che ne penſi.
Tu vanne, e guarda s' ei tornato è ancora
A caſa. Get. *Corro.* Dem. *Vedete ora voi*
Lo ſtato, in cui ſi trova queſta coſa.
Egion, moſtrami ciò, che deggio fare.
Eg. *Anzi, Cratino, ſe ti par, tel dica.*
Dem. *Dillo, Cratino.* Cr. *Ho da dire io?* Dem. *Sì certo.*
Crat. *Vorrei che tu faceſſi quelle coſe,*
Che ti tornaſſer bene: ora a me pare
Eſſere molto giuſto, e molto oneſto
Che quanto da te lunge, il tuo figliuolo
Ha fatto, tutto ſi debba annullare,
E le coſe ripor nell' eſſer priſtino:
Il che impetrar ti ſia leggiero: ho detto.
Dem. *Egione, ora dì tu.* Eg. *Certo coſtui*
Ha parlato con molta avvedutezza:
Ma egli è pur troppo ver quel, che ſi dice:
Tanti pareri ſon quanti ſon capi;
E inoltre ognuno a modo ſuo l' intende:
Però non parmi che annullar ſi poſſa
Una coſa, che fatta abbian le leggi;
E 'l ſol tentarla ſora coſa ſconcia.
Dem. *Dì tu, Critone.* Crit. *Qui ci vuol del tempo,*
Per fare un buon conſulto: la materia
E' di grande importanza. Eg. *Altro da noi*

Incertior ſum multò, quàm dudum. *Get.* negant
Rediiſſe. *Dem.* frater eſt expectandus mihi: is 20
Quod mihi dederit de hac re conſilium, id ſequar.
Percontatum ibo ad portum, quoad ſe recipiat.
Get. At ego Antiphonem quæram, ut, quæ acta hîc ſint, ſciat.
Sed eccum ipſum video in tempore huc ſe recipere.

21 *Quod mihi dederit &c.* Juxta librum Bembinum dictio *is* quæ præcedentem verſum finit, in hujus principio ponitur. Al. pro *id ſequar* habent *id exequar*.

22 *Quoad ſe recipiat.* Quando rediturus ſit. Supra act. 1. ſc. 2. *Senem quoad expectatis veſtrum?*

24 *Sed eccum ipſum video &c.* Præparatio ad ſequentia præter conſuetudinem: nam his ſimilibuſve loquendi formulis, non actum actui connectit Terentius, ſed ſcenam ſcenæ. Itaque actus male diviſos eſſe ſuſpicari poteſt.

Vuoi tu? Dem. *Obbligato mi dichiaro a tutti.*
Adesso ne so meno assai di prima.
Get. *Ancor non è tornato.*
Dem. *Egli è duopo che aspetti il mio fratello;*
E qual darammi in questo affar consiglio,
Tale l'eseguirò: non so a qual'ora
Egli a casa ritorni: andronne al porto
Per saperlo. Get. *Io di Antifone intanto*
Ricercherò, per dirgli ad un puntino
Tutto quel, che si è fatto: ma sen viene
Egli stesso opportuno a questa volta.

ACTUS TERTII,

SCENA PRIMA.

Antipho. Geta.

Ant. Enimvero, Antipho, multis modis cum istoc animo vituperandus es.
Itane te hinc abiisse, & vitam tutandam dedisse aliis tuam?
Alios tuam rem credidisti, quàm tete, animadversuros magis?
Nam, utut erant alia, illi certe consuleres, quæ nunc tibi domi est;
Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali: 5
Cujus nunc miseræ spes opesque sunt in te uno omnes sitæ.
Get. Equidem, here, nos jamdudum hìc te absentem incusamus, qui abieris.
Ant. Te ipsum quærebam. *Get.* sed ea caussa nihilo magis defecimus.
Ant. Loquere, obsecro, quonam in loco sunt res & fortunæ meæ?
Nunquid patri subolet? *Get.* nil etiam. *Ant.* ecquid spei porro est? *Get.* nescio. *Ant.* ah! 10
Get. Nisi Phædria haud cessavit pro te eniti. *Ant.* nihil fecit novi.
Get. Tum Phormio itidem in hac re, ut in aliis, strenuum hominem præbuit.
Ant. Quid is fecit? *Get.* confutavit verbis admodum iratum senem.

ATTO TERZO.

SCENA PRIMA.

ANTIFONE, E GETA.

Ant. *PER verità, Antifon, degno tu sei,*
Con questo animo tuo tanto da poco,
Di biasimo. Così dunque partisti
Di questo luogo, e desti la tua vita
Alla difesa altrui?
E ti credesti che la roba tua
Avrebbe più di te curata ogni altro?
Poichè, comunque tutte l' altre cose
Si fosser, provveduto avresti almeno
A quella, che in tua casa or si trova:
Acciochè sotto la tua data fede
Non patisse ingannata affronto alcuno;
Di cui, meschina, le speranze tutte,
E tutto il suo conforto in te risiede.
Get. *Gli è gran tempo, padron, che tutti noi*
Te la tiriamo giù, perchè partisti.
Ant. *Te stesso iva cercando.* Get. *Nondimeno*
Nell' affar tuo non si è mancato in nulla.
Ant. *Dimclo, te ne prego: in quale stato*
Sono or le cose mie, le mie fortune?
Mio padre mostra averne alcun sentore?
Get. *No per ancora.* Ant. *E che deggio sperare?*
Get. *Non sollo.* Ant. *Ahimè!* Get. *Se non che tuo cugino*
Per te fece ogni sforzo. Ant. *Certamente*
Non fe cosa di nuovo. Get. *E Formione*
Si portò in questo, e in altro come un Marte.
Ant. *Oh che fece egli?* Get. *A forza di parole*

Ant. Eu Phormio. *Get.* ego, quod potui porro. *Ant.* mi Geta, omnes vos amo.

Get. Sic ſeſe habent principia, ut dico: adhuc tranquilla res eſt: 15
Manſuruſque patruum pater eſt, dum huc adveniat. *Ant.* quid eum? *Get.* ajebat,
De ejus conſilio velle ſeſe facere, quod ad rem attinet.

Ant. Quantus metus eſt mihi, venire huc ſalvom nunc patruum, Geta.
Nam, ut audio, per unam ejus aut vivam, aut moriar ſententiam.

Get. Phædria tibi adeſt. *Ant.* ubinam? *Get.* eccum ab ſua palæſtra exit foras. 20

ACTUS III. SCENA II.

PHÆDRIA. DORIO. ANTIPHO. GETA.

Ph. DORIO, audi obſecro. *Dor.* non audio. *Ph.* parumper. *Dor.* quin omitte me.

Ph. Audi quod dicam. *Dor.* at enim tædet jam audire eadem millies.

Ph. At nunc dicam, quod lubenter audias. *Dor.* loquere, audio.

Ph. Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc? quo nunc abis?

Dor. Mirabar, ſi tu mihi quidquam afferres novi. 5

Ant. Hei, metuo lenonem, ne quid ſuo ſuat capiti.* *Get.* idem ego metuo.

Ph. Non mihi credis? *Dor.* hariolare. *Ph.* ſin fidem do. *Dor.* fabulæ.

L' irato vecchio egli confuse e vinse.
Ant. *Evviva Formione.* Get. *Io poi del certo*
Feci quel, che potei. Ant. *Geta mio caro,*
Vi amo tutti. Get. *Così sono i principj:*
E fino a qui la cosa è tranquilla.
Tuo padre aspettar vuole il suo fratello,
Che ritorni da Lenno. Ant. *Ed a qual fine?*
Get. *Diceva voler lui pendere in tutto*
Da' suoi consigli sopra questo affare.
Ant. *Così possa ei mancar, Geta, tra via:*
Quando, siccome ascolto, il viver mio,
O il mio morir si sta nella sua bocca.
Get. *Eccoti Fedria.* Ant. *Ov' è?* Get. *Vedilo appunto*
Che egli esce fuora dalla sua palestra.

ATTO III. SCENA II.

FEDRIA, DORIO, ANTIFONE, E GETA.

Fed. *Dorio, ti prego, ascoltami.* Dor. *Non ti odo.*
Fed. *Due parole...* D. *Mi lascia.* F. *Ascolta in grazia,*
Quello, che ti vo' dir. Dor. *Soffrir non posso*
Le stesse cose udir millanta volte.
Fed. *Ma adesso mi udirai con tuo piacere.*
Dor. *Parla che io ti odo.* Fed. *Non potrò impetrare*
Che qui ti fermi per questi tre giorni?
Dove ten vai? Dor. *Avea ben io stupore*
Che mi apportassi tu cosa di nuovo!
Ant. *Ah temo che 'l mezzan non imbastisca*
A Fedria alcun inganno, che a lui possa
Ricader sopra. Get. *Io ne ho paura anche io.*
Fed. *Non mi hai fede?* Dor. *Per certo l' indovini.*
Fed. *Ma te ne do parola.* Dor. *Tutte favole.*

Ph. Fœneratum iſtuc beneficium tibi pulcre dices, *Dor.* logi.

Ph. Crede mihi, gaudebis facto: verum hercle hoc eſt. *Dor.* ſomnia.

Ph. Experire, non eſt longum. *Dor.* CANTILENAM EANDEM CANIS*. 10

Ph. Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus... *Dor.* garri modò.

Ph. Adeon' ingenio eſſe te duro atque inexorabili,
Ut neque miſericordia, neque precibus molliri queas?

Dor. Adeon' te eſſe incogitantem atque impudentem, Phædria,
Ut phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratiis? 15

Ant. Miſeritum eſt. *Ph.* hei veris vincor. *Get.* quàm ſimilis uterque eſt ſui!

Ph. Neque, alia Antipho cùm occupatus eſſet ſollicitudine,
Tum eſſe hoc mî objectum malum? *Ant.* ah, quid iſtuc autem eſt, Phædria?

Ph. O fortunatiſſime Antipho! *Ant.* egone? *Ph.* cui quod amas domi eſt;
Nec cum huju' modi unquam uſu venit ut conflictares malo. 20

Ant. Mihin' domi 'ſt? imo id quod ajunt, AURIBUS TENEO LUPUM*:
Nam neque quò amittam a me invenio, neque uti retineam, ſcio.

Dor. Ipſum iſtuc mihi in hoc eſt. *Ant.* eja, ne parum leno ſies.
Nam quid hic confecit? *Ph.* hiccine? quod homo inhumaniſſimus,

Fed.

Fed. *Vedrai che frutteratti a maraviglia*
Siffatta grazia. Dor. *Chiacchiere.* Fed. *Ti giuro*
Che goderai di avermi compiaciuto:
Ed è vero per Dio quel, che io ti dico.
Dor. *Tu sogni.* Fed. *Fanne prova: il tempo è breve.*
Dor. *Tu canti la medesima canzone.*
Fed. *Tu parente, tu padre, tu mio amico...*
Dor. *Canta pure a tua posta.*
Fed. *E sarà ver che sei di così duro,*
Ed ostinato cuor che non si possa
Ammollir per pietade e per preghiera?
Dor. *E sarà ver che sei sì spensierato,*
E sfrontato, così che tu ti creda
Di raggirarmi colle tue parole,
Ed averti colei senza un quattrino?
Ant. *Mi fa pietà di lui.* Fed. *Ah che pur troppo*
Ei dice il vero! Get. *Quanto questi due*
Rappresentano ben la parte loro!
Fed. *E questa mia disgrazia,*
In peggior tempo mi potea accadere,
Quando Antifone anch' egli è pien di cure?
Ant. *Ah! che cosa è cotesta, amato Fedria?*
Fed. *O Antifon felicissimo ...* Ant. *A me dice?*
Fed. *Che quel, che tu ami, ti ritrovi in casa;*
Nè ti fu d' uopo mai l' aver che fare
Con gente di tal sorta. Ant. *In casa mia*
Ho quel, che io amo? ah, Fedria, per gli orecchi,
Siccome dir si suole, io tengo il lupo:
Che non trovo la strada di lasciarla,
Ovver di ritenerla. Dor. *Io sono pure*
In cotesta medesma positura.
Ant. *Suvia, sii pur quanto esser puoi mezzano.*
Che cosa ti ha fatto egli? Fed. *Chi? costui?*
Quel, che può fare un crudelissimo uomo:

Pamphilam meam vendidit. *Get.* quid? vendidit? *Ant.* ain' vendidit? 25

Ph. Vendidit. *Dor.* quàm indignum facinus, ancillam ære emptam suo!

Ph. Nequeo exorare, ut me maneat, & illo cum ut mutet fidem,

Triduum hoc, dum id, quod est promissum ab amicis, argentum aufero.

Si non tum dedero, unam præterea horam ne opertus sies.

Dor. Obtundis. *Ant.* haud longum est quod orat, Dorio: exoret, sine: 30

Idem hic tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.

Dor. Verba istæc sunt. *Ant.* Pamphilamne hac urbe privari sines?

Tum tu præterea horunc' amorem distrahi poterin' pati?

Dor. Neque ego, neque tu. *Get.* dii tibi omnes id, quod es dignus, duint.

Dor. Ego te compluréis advorsum ingenium meum mensès tuli 35

Pollicitantem, & nil ferentem, flentem: nunc contra omnia hæc

Repperi qui det, neque lacrumet: da locum melioribus.

Ant. Certe hercle, ego satis si commemini, tibi quidem est olim dies,

Quam ad dares huic, præstituta. *Ph.* factum. *Dor.* num ego istuc nego?

Ant. Jamne ea præteriit? *Dor.* non, verùm ei hæc anteceffit. *Ant.* non pudet 40

Vanitatis? *Dor.* minime, dum ob rem. *Get.* sterquilinium. *Ph.* Dorio,

Ha Panfila venduta.

Get. *Che? l'ha venduta?* Ant. *L'ha venduta, dici?*

Fed. *L'ha venduta.* Dor. *Fattaccio al certo indegno,*
Comperare e rivendere una fante!

Fed. *Impetrar non posso io ch' egli mi aspetti,*
E che manchi con quello di parola
Per tre dì soli; nel qual tempo spero
Che 'l promesso denaro arrecherogli:
E se per sorte io gli mancassi allora,
Un' altra ora di più ei non mi aspetti.

Dor. *Mi rompi il capo.* Ant. *Non è, Dorione,*
Lungo tempo cotesto che ei ti chiede:
Fagli questo piacer; che per tal grazia
Ti sarà largo di doppia mercede.

Dor. *Coteste son parolè.* Ant. *E vorrai dunque*
Che perda Atene la sua bella Panfila?
E potrai sofferir che si distacchi
Quest' amorosa coppia uno dall' altra?

Dor. *Nè tu nè io abbiamo colpa in questo.*

Ant. *Ti dien gli sommi Dei quel, che tu merti.*

Dor. *Per molti mesi, fuor del mio costume,*
Io te soffrii promettitor piangente,
E sempre a mani vote: ora ho trovato
Ogni cosa al contrario; voglio dire
Un, che paga e non piange: a questo tale,
Come a miglior di te, tu cedi 'l luogo.

Ant. *Certamente, se mal non mi ricordo,*
Questo giorno da te fu stabilito,
Per lei dare a costui. Fed. *Così gli è certo.*

Dor. *Che, forse ve lo nego?* Ant. *Ora egli ancora*
Ti par passato? Dor. *No: ma questo giorno*
E' stato prevenuto da quell' altro.

Ant. *Nè ti vergogni di mancar di fede?*

Dor. *Nulla affatto, purchè io faccia guadagno.*

Itane tandem facere oportet? *Dor.* ſic ſum: ſi placeo, utere.

Ant. Siccine hunc decipis? *Dor.* imo enimvero, Antipho, hic me decipit:

Nam hic me hujuſmodi ſciebat eſſe: ego hunc eſſe aliter credidi. 44

Iſte me fefellit: ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui.

Sed utut hæc ſunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi

Miles dare ſe dixit: ſi mihi prior tu attuleris Phædria,

Mea lege utar, ut potior ſit, qui prior ad dandum eſt. vale.

ACTUS III. SCENA III.

Phædria. Antipho. Geta.

Ph. Quid faciam? unde ego nunc tam ſubitò huic argentum inveniam miſer,

Cui minu' nihilo eſt? quod ſi hic pote fuiſſet nunc exorarier

Triduum hoc, promiſſum fuerat. *Ant.* itane hunc patiemur, Geta,

Fieri miſerum, qui me dudum, ut dixti, adjûrit comiter? 5

Quin, cùm opus eſt, beneficium rurſum ei experimur reddere?

Ant. *Che tu possa affogare 'n un letamajo.*
Fed. *Dorio, dunque così far mi bisogna?*
Dor. *Io così sono: e se così ti piaccio,*
Di me serviti pure. Ant. *E in guisa tale*
Inganni tu costui? Dor. *Anzi piuttosto*
Esso Antifon me inganna: egli sapeva
La mia natura, io non sapea la sua;
Che l' ho creduto insino adesso altro uomo;
Sicchè egli mi ha ingannato: io nulla affatto
Mutato mi son mai da quel, che fui.
Ma comunque si stieno ora le cose,
Questo indurromi a far: doman l' argento
Promise di portarmi quel soldato;
Se tu mel porterai prima di lui,
Io ti farò goder del benefizio
Di una mia legge, per cui preferito
E' quegli a tutti, che primier mi porta.
Addio.

ATTO III. SCENA III.

FEDRIA, ANTIFONE, E GETA.

Fed. *Che farò mai?*
D'onde, misero me! potrò sì presto
Ricavare il denaro per costui,
Io, che ho meno di nulla? che se almanco
Avessimo ottenuto que' tre soli
Giorni di tempo, già mi era promesso.
Ant. *Così noi dunque soffriremo, o Geta,*
Che ognor costui si renda più infelice,
Che poco fa, conforme tu mi hai detto,
Ajutommi con tanta cortesia?
E non piuttosto, or ch' egli ne ha bisogno,

Get. Scio equidem hoc esse æquom. *Ant.* age ergo, solus servare hunc potes.

Get. Quid faciam? *Ant.* invenias argentum. *Get.* cupio, sed, id unde, edoce.

Ant. Pater adest hîc. *Get.* scio: sed quid tum? *Ant.* ah, DICTUM SAPIENTI SAT EST.

Get. Itane? *Ant.* ita. *Get.* sane hercle pulcre suades: etiam tu hinc abis?

Non triumpho, ex nuptiis tuis si nil nanciscor mali,

Ni etiam nunc me hujus quærere caussa in malo jubeas crucem? 11

Ant. Verum hic dicit. *Ph.* quid? ego vobis, Geta, alienus sum? *Get.* haud puto:

Sed parumne est omnibu' quod nunc nobis succenset senex,

Ni instigemus etiam, ut nullus locu' relinquatur preci?

Ph. Alius ab oculis meis illam in ignotum abducet locum? 15

Dum igitur licet, dumque adsum, loquimini mecum, Antipho:

Contemplamini me. *Ant.* quamobrem? aut quidnam facturus? cedo.

Ph. Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi,

Aut perire. *Get.* dii bene vortant, quod agas: pedetentim tamen.

Ant. Vide, si quid opis potes adferre huic. *Get.* si quid? quid? *Ant.* quære, obsecro. 20

11 *In malo jubeas crucem*. h. e. in malo aliud gravius malum.

19 *Pedetentim*. Hoc a Græcis acceptum adagium Erasmus chil. 2. cent. 1. sic interpretatur, ubi quis non precipitanter atque inconsiderate, sed sensim atque cunctanter aggreditur negotium, atque arte rem gerit magis quàm impetu. Translatum ab iis, qui cautim, ac prætentantes per glaciem locumve lubricum ingrediuntur. Cic. de offic. l. 1. *Sin minus, sensim erit pedetentimque faciendum*. Et in Verrinis, act. 2. *Quæ tamen a me pedetentim cauteque dicentur*.

Non ci induſtriam l' avuto beneſizio
Reſtituirgli? Get. *Io ſo che queſto è giuſto.*
Ant. *Su dunque, che tu ſol ſalvar lo puoi.*
Get. *Che dovrò fare?* Ant. *Ritrovar l' argento.*
Get. *Lo bramo: ma mi moſtra ove trovarlo.*
Ant. *Mio padre è qui preſente.*
Get. *Lo ſo: ma poi che ne avverrà da queſto?*
Ant. *A buono intenditor poche parole.*
Get. *Così ne'?* Ant. *Così certo.* Get. *In fede mia*
Tu mi dai veramente un bel conſiglio:
Ma tu ancor ci abbandoni e te ne vai?
Se io da queſte nozze non mi tiro
Qualche gran male addoſſo, non trionfo
Senza che tu per queſta cauſa ſteſſa
Mi forzi ad incontrar l' ultimo danno?
Ant. *Ei dice il vero.* Fed. *E che? tu mi riguardi,*
Geta, come io foſſi uomo foreſtiero?
Get. *Non per certo: ma dimmi, è forſe poco*
Che 'l vecchio irato ſia con tutti noi,
Se noi di più non l' aizziamo in modo,
Che non ci ſia più luogo alle preghiere?
Fed. *Intanto quella dalla viſta mia*
Altri torrammi, e condurralla ſeco
In qualche parte ignota? or mentre dunque
Lice, e nel mentre che io vi ſon preſente,
Parlate meco e guardatemi bene.
Ant. *Per qual ragione? o che vuoi far? favella.*
Fed. *In qualunque paeſe traſportata*
Sarà colei, io là ne andrò del certo,
O morirò tra via. Get. *Gli eterni Dei*
Favoriſcano ſempre ogni tua impreſa:
Ma va con piè di piombo. Ant. *Vedi un poco,*
Se arrecar tu gli puoi ſoccorſo alcuno.
Get. *Soccorrerlo? e in che modo?* Ant. *Però penſaci,*

Ne quid plus minusve faxit, quod nos post pigeat, Geta.

Get. Quæro: salvos est, ut opinor: verum enim metuo malum.

Ant. Noli metuere: unà tecum bona, mala, tolerabimus.

Get. Quantum argenti opus est tibi? loquere. *Ph.* solæ triginta minæ.

Get. Triginta? hui, percara est, Phædria. *Ph.* istæc verò vilis est. 25

Get. Age, age, inventas reddam. *Ph.* ô lepidum caput! *Get.* aufer te hinc. *Ph.* jam opus est.

Get. Jam feres: sed opu' est mihi Phormionem adjutorem ad hanc rem dari.

Ant. Presto est, audacissime oneris quidvis impone, & feret:

SOLUS est homo amico amicus. *Get.* eamus ergo ad eum ocyus.

Ph. Abi verò: dic, præsto ut sit domi. 30

Ant. Nunquid est, quod mea opera vobis opu' sit? *Get.* nil: verùm abi domum, &

Illam miseram, quam ego nunc intus scio esse exanimatam metu,

Consolare: cessas? *Ant.* nihil est, æque quod faciam lubens.

Ph. Qua via istuc facies? *Get.* dicam in itinere: modò te hinc amove.

29 *Solus est homo amico amicus.* Interpretatur Plautus talem amicum, Trinum. act. 3. sc. 1. v.19. & 20.: *nimium difficile est reperire amicum, ita ut nomen cluet, cui tuam cum rem credideris, sine omni cura dormias.*

Ti prego, acciò che poſcia egli non faccia
Coſa tale, di cui ne abbiam rammarico.

Get. *La cerco: ed egli è in ſalvo a mio parere:*
Ma ſto con del timor di qualche male.

Ant. *Non temer: teco ſoffriremo inſieme*
Il bene e 'l mal. Get. *Di quanto hai tu biſogno?*

Fed. *Di trenta mine ſole.* Get. *Trenta mine?*
Uh, Fedria, è troppo cara! Fed. *Anzi val poco.*

Get. *Orvia, tu l'averai.* Fed. *Oh uom di garbo!*

Get. *Ma levati di qui.* Fed. *Queſto denaro*
Adeſſo mi biſogna. Get. *Già l'avrai:*
Ma uopo è che Formion mi dia di mano
In queſto affar. A. *Noi l'abbiam ſempre all'ordine;*
E qualunque gran peſo tu gli addoſſi,
Lo porterà ſenza timore alcuno:
Uom veramente amico dell' amico.

Get. *Andiamo dunque ſubito da lui.*

Fed. *Vanne: e gli dì che egli mi aſpetti in caſa.*

Ant. *Io vi debbo ſervire in coſa alcuna?*

Get. *In neſſuna: ma vanne a caſa, e quella*
Povera donna morta di timore
Conſola: ancora vai? Ant. *Coſa neſſuna*
E', che io far poſſa tanto volentieri.

Fed. *Ma dimmi, per qual via mi ajuterai?*

Get. *Tel dirò per iſtrada: or di qui parti.*

ACTUS QUARTI.

SCENA PRIMA.

DEMIPHO. CHREMES.

Dem. QUID? qua profectus caussa hinc es Lemnum, Chremes?
Adduxtin' tecum filiam? *Chr.* non. *Dem.* quid ita non?
Chr. Postquam videt me ejus mater hic esse diutius,
Simul autem non manebat ætas virginis
Meam negligentiam; ipsam cum omni familia 5
Ad me esse profectam ajebant. *Dem.* quid illic tamdiu
Quæso, igitur commorabare, ubi id audiverás?
Chr. Pol me detinuit morbus. *Dem.* unde? aut qui? *Chr.* rogas?
SENECTUS IPSA EST MORBUS: sed venisse eas
Salvas audivi ex nauta, qui illas vexerat. 10
Dem. Quid gnato obtigerit, me absente, audistin', Chreme?
Chr. Quod quidem me factum consilii incertum facit:
Nam hanc conditionem si cui tulero extraneo,
Quo pacto, aut unde mihi sit, dicendum ordine est.
Te mihi fidelem esse æque atque egomet sum mihi, 15
Scibam: ille si me alienus affinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin spreverit me, plus, quàm opus est scito, sciet.

ATTO QUARTO.

SCENA PRIMA.

DEMIFONE, E CREMETE.

Dem. *E BEN, Cremete, tu facesti poi*
Quello, per cui ti trasferisti a Lenno?
Riconducesti teco la tua figlia?
Crem. *No*. Dem. *Perchè no?* Crem. *Perchè la madre sua,*
Mentre vede che qui mi fermo troppo,
E vede che l' etade della figlia
Soffrir non può la negligenza mia;
Qua, conforme dicevano, venuta
Se n' era, e seco la famiglia tutta
Avea condotta. Dem. *E tu, sentito questo,*
Perchè fermarti là sì lungo tempo?
Crem. *Forza di malattia*. Dem. *E quale? e come?*
Crem. *Me lo domandi? la vecchiezza stessa*
E' malattia: ma che salve e sane
Sieno qua giunte, ho udito dal nocchiero,
Che l' ha condotte. Dem. *Or ti è egli stato detto,*
Cremete, ciò, che nell' assenza mia
Avvenne al mio figliuol? Crem. *Cotesto fatto*
Mi cava fuor di sesto: perchè se io
A un forestiero vorrò dar la figlia,
Bisognerà che io gli racconti come
L' ebbi e da cui, e risaprassi il tutto.
Laddove di tua fede era io sicuro,
Quanto di me medesimo. Segreto
Il forestiero si starà fin tanto
Durerà l' amicizia infra di noi:
Ma se poi ci rompiamo, addio segreti;

Vereorque, ne uxor aliquà hoc rescifcat mea;
Quod si fit; ut me excutiam, atque egrediar domo,
Id restat: nam ego meorum solus sum meus. 21
Dem. Scio ita esse, & istæc mihi res sollicitudini est,
Neque defetifcar usque adeò experirier,
Donec tibi id, quod pollicitus sum effecero.

ACTUS IV. SCENA II.

Geta.

Ego hominem callidiorem vidi neminem,
Quam Phormionem: venio ad hominem, ut dicerem
Argentum opus esse, & id quo pacto fieret:
Vix dum dimidium dixeram: intellexerat:
Gaudebat: me laudabat: quærebat senem: 5
Diis gratias agebat, tempus sibi dari,
Ubi Phædriæ se ostenderet nihilo minus
Amicum esse, quàm Antiphoni: hominem ad forum
Jussi opperiri: eò me esse adducturum senem.
Sed eccum ipsum: quis est ulterior? at at at Phædriæ 10
Pater venit: quid pertimui autem bellua?
An quia, quos fallam, pro uno duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe utier.

Ed ho timor che di questa faccenda
Non giunga alcun sentore alla mia moglie:
Il che se avviene, a me non rimane altro
Che assottigliar ben bene il mio cervello,
Pensare a' casi miei, e uscir di casa:
Perchè tra tutti i miei solo io son mio.

Dem. *Egli è così, ben sollo, ed emmi a cuore*
Cotesta cosa; e mai non stancherommi
Di tentar tutto, perchè al fin riesca
Quel tanto, che da me ti fu promesso.

ATTO IV. SCENA II.

Geta.

Nessun vidi io di Formion più scaltro!
Lo vado a ritrovar per raccontargli,
Come ci era bisogno dell' argento,
E quale strada si potea tenere,
Per farlo; ed oh, la bocca apersi appena
Che già mi avea capito! ne godeva:
Mi dava lodi: cercava del vecchio:
Ringraziava gli Dei che finalmante
Fosse giunto quel tempo, ove egli a Fedria
Mostrasse l' amor suo del tutto eguale
A quello d' Antifon: dissi che in piazza
Ei mi aspettasse; che colà condotto
Il vecchio gli averei.
Ma eccolo: e chi è quegli più lontano?
Ah ah, il padre è di Fedria: ed io, animale,
Di che ho temuto? perchè in cambio di uno
Alle mie frodi si presentan due?
Certo che sempre tornerammi meglio
Avere due speranze che una sola.

Petam hinc, unde a primo inſtitui: is ſi dat, ſat eſt:
Si ab hoc nil fiet, tum hunc adoriar hoſpitem. 15

ACTUS IV. SCENA III.

ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.

Ant. EXSPECTO, quàm mox recipiat huc ſeſe Geta.
Sed patruum video cum patre aſtantem: hei mihi,
Quàm timeo adventus hujus quò impellat patrem.
Get. Adibo hoſce. o noſter Chremes! *Chr.* ſalve, Geta.
Get. Venire ſalvom volupe eſt. *Chr.* credo. *Get.* quid agitur? 5
Chr. Multa advenienti, ut fit, nova hîc compluria.
Get. Ita: de Antiphone audiſtin' quæ facta? *Chr.* omnia.
Get. Tun' dixeras huic? facinus indignum, Chreme,
Sic circumiri. *Dem.* id cum hoc agebam commodum.
Get. Nam hercle ego quoque id agitans mecum ſedulò, 10
Inveni, opinor, remedium huic rei. *Dem.* quid, Geta?
Quod remedium? *Get.* ut abii abs te, fit forte obviam
Mihi Phormio. *Chr.* qui, Phormio? *Get.* is, qui iſtanc. *Chr.* ſcio.
Get. Viſum eſt mihi, ut ejus tentarem ſententiam:
Prendo hominem ſolum: cur non, inquam, Phormio, 15

Io chiederollo a Demifone in prima;
Conforme ho cominciato; e fe da lui
Mi è dato, ciò mi bafta: fe mel nega,
Attaccherò queft' altro, che venuto
E' a noi di frefco.

ATTO IV. SCENA III.

ANTIFONE, GETA, CREMETE, E DEMIFONE.

Ant. *ASPETTO che qui Geta*
Ormai fen venga: ma veggio mio padre,
Che infieme fi trattien col fuo fratello.
Ah quefta fua venuta,
Chi fa in qual parte fpingerà mio padre!
Get. *Andronne a loro: oh mio Cremete!* Crem. *O Geta,*
Io ti do il ben trovato. Get. *Ed io ho piacere*
Di tua falvezza. C. *Il credo.* G. *Or dimmi un poco,*
E che fi fa? Crem. *Conforme avvenir fuole*
A chi ritorna, molte cofe e molte
Qui di nuovo ho trovate. Get. *D' Antifone*
Dunque l' iftoria tutta hai tu fentito?
Crem. *Tutta.* Get. *Ed a quefti l' hai forfe narrata?*
Opra indegna per certo, o mio Cremete,
L' effere ragirati in forma tale!
Dem. *Di quefto appunto fi parlava adeffo.*
Get. *Io pur penfava feriamente a quefto,*
E fe non erro rimediar fi puote.
Dem. *Che dì tu Geta? e come rimediarvi?*
Get. *Appena ti lafciai che eccoti incontro*
Mi vien Formion. D. *Qual Formion?* G. *Quegli,*
Che quefta... Cr. *Lo fò ben.* G. *Mi venne in capo*
Di fcoprir quale foffe la fua mente:
Lo prendo a folo a folo, e sì gli dico:

Vides, inter vos sic hæc potius cum bona
Ut componantur gratia, quàm cum mala?
Heru' liberalis est, & fugitans litium:
Nam cæteri quidem hercle amici omnes modò
Uno ore autores fuere, ut præcipitem hanc
daret. 20

Ant. Quid hic cœptat? aut quò evadet hodie? *Get.* an legibus
Daturum pœnas dices, si illam ejecerit?
Jam id exploratum est: eja, sudabis satis,
Si cum illo inceptas homine: ea eloquentia est.
Verùm, pone esse victum eum: at tandem tamen
Non capitis ejus agitur, sed pecuniæ. 26
Postquam hominem his verbis sentio mollirier;
Soli sumus nunc hîc, inquam: eho dic, quid vis dari
Tibi in manum, ut herus his desistat litibus;
Hæc hinc facessat, tu molestus ne sies? 30

Ant. Satin' illi dii sunt propitii? *Get.* nam sat scio,
Si tu aliquam partem æqui bonique dixeris,
Ut ille est bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter nos. *Dem.* quis te istæc jussit loqui?

Chr. Imo non potuit melius pervenirier 35
Eò, quò nos volumus. *Ant.* occidi. *Chr.* perge eloqui.

Get. At primò homo insanibat. *Chr.* credo, quid postulat?

Get. Quid? nimium: quantùm lubuit. *Chr.* dic. *Get.* si quis daret

Perchè

20 *Uno ore*. Pro summo consensu, passim apud autores est obvium. Terent. in Andr. *Uno ore omnes omnia bona dicere*. Cic. de Amicit. *De cujus*, inquit, *utilitate omnes uno ore consentiunt*.

24 *Ea eloquentia est*. Hæc in judiciis præstare solet innocentiæ: ut in Aristidis vita observat Corn. Nepos.

Perchè Formion non dai tu di mano,
Onde si aggiusti con piacer comune
Questo affar, non con rabbia e con dispetto?
Il mio padrone è largo, e non vuol liti:
Sebben gli amici suoi volesser tutti
Ch' ei la cacciasse fuori di sua casa.

Ant. *Che arzigogola or questi? e dove mai*
Vuol egli riuscire?

Get. *Forse ti credi tu, s' ei caccerella,*
Che dalle leggi ne sarà punito?
Già questo si può fare: oh te ne andrai
Tutto in sudor, se te la vai pigliando
Con un tale uomo, e di tanta eloquenza!
Ma voglio che tu il vinca: alla fin fine
Non si tratta di vita;
Ma è cosa, che si aggiusta con denaro.
Mentre così ragiono, e che lo vedo
Imbietolito dalle mie parole;
Eccoci qui, gli dico testa testa,
Che ti ho da dar, perchè il padron ti tolga
Da queste liti; e colei se ne vada,
E tu più non ci annoi? Ant. *Ah che costui*
Ha perduto il cervello! Get. *Io so di certo*
Che se gli proporrai tu qualche cosa,
Che abbia un poco di onesto e insieme di utile;
Esser lui sì buon uomo che tra voi
Oggi non ci sarà mezza parola.

Dem. *E chi ti fa parlare in questo modo?*

Get. *Anzi giunger colà non potei meglio,*
Dove da noi si vuol... Ant. *Sono spacciato.*

Crem. *Seguita il tuo discorso.* Get. *In quelle prime*
Egli dava in pazzie. Crem. *Dì, che domanda?*

Get. *Che domanda egli? assai: quanto gli piacque.*

Crem. *Pure.* Get. *Se gli si desse un gran talento.*

Talentum magnum. *Chr.* imo malum hercle: ut nil pudet!

Get. Quod dixi adeò ei: quæso, quid si filiam 40
Suam unicam locaret? parvi retulit
Non suscepisse; inventa est, quæ dotem petat.
Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias;
Hæc denique ejus fuit postrema oratio:
Ego, inquit, jam a principio amici filiam, 45
Ita ut æquom fuerat, volui uxorem ducere:
Nam mihi veniebat in mentem ejus incommodum,
In servitutem pauperem ad ditem dari:
Sed mihi opus erat, ut aperte tibi nunc fabuler,
Aliquantulum quæ afferret, quî dissolverem 50
Quæ debeo: & etiam nunc, si volt Demipho
Dare, quantum ab hac accipio, quæ sponsa est mihi,
Nullam mihi malim, quàm istanc uxorem dari.

Ant. Utrum stultitia facere ego hunc, an malitia
Dicam, scientem, an imprudentem, incertu' sum.

Dem. Quid si animam debet? *Get.* ager oppositus est pignori 55
Ob decem minas, inquit. *Dem.* age, age jam ducat: dabo.

Act. 3. sc. 2. vers. 51. *Nec pretium neque rem ullam intercessisse &c. Rem ullam* e. g. *internuntium*, *pactum clam*, *promissum*, ut habet Donatus. Ad *pretium* supra retulerat *infamiam*, *ab iis*, *qui crederent pretio vitiatam*. Illustris sed intactus interpretibus locus, de crimine stupri. Constat enim hinc, primo: stuprum non committi visum esse in eam, quæ pudoris profanandi caussa pretium acceperit, suave aut matris pactione consenserit. Tale enim si quid factum esset, spem de eventu litis imminui, haud obscure Sostrata indicat. Secundo legem fuisse Athenis, hinc discimus, quæ stupratorem cogeret stupratam ducere; nisi quis vellet graviores pœnas expectare, nec parentibus stupratoris per hane legem licuisse intercedere, quo minus id fieret, nam quod a parentibus exorabat hune consensum filius stuprator (de qua re & hic mentio fit) in eo servata est reverentia pudoris naturalis. Quod si autem noluisset annuere pater, futurum erat, *ut jus eum cogeret*. Sicut est in act. 3. sc. 4. v. 44. &c. Quare in Comœdia patres statim videmus consentire, ut primum constiterit, liberæ virgini a suis vitium oblatum esse; huncque veluti sollemnem titulum expediendi perienli Comici haberi: neque enim idem juris fuit in stupratore, quod in raptore. De quo apud M. Senec. controv. 2. 11. & Excerpt. 2. 3. lex erat: *raptor nisi suum aut raptæ patrem intra trigesimum diem exoraverit. pereat*; cum & aliunde constet, Græcis in stupro mitiores, quam postea Romanis placuisse pœnas. Ac, ne prolixi simus, si stuprum Athenis capitale fuisset, Comœdiam non ingrederetur hoc crimen, in qua omnis dica çitra sanguinem citraque perienlum capitis, impingitur. Porro intelligitur, actionem stupri, interposita satisfactione & matrimonii pollicitatione tolli potuisse, ut *ignosceretur*, *taceretur*, *crederetur*. 3. 4. 28. ita tamen, ut conditione non impleta, violatoque jurejnrando, quod adhibebatur fere, repetere omissam actionem integrum esset. Videtur tamen iis, quæ posuimus, repugnare lex illa quæ in Excerptis M. Sen. 8. 6. habetur: *vitiata vitiatoris aut mortem aut indotatas nuptias optet*. Sed hic vitiator idem est qui raptor, & cum raptu vitium illatum conjungitur, sicut subjectæ monstrant sententiæ. Insignis plane locus est in *actione Neptuni apud Libanium adversus Martem*: quem hic annotasse operæ pretium fuerit. Neptunus enim ibi, enm stuprum in Alcippen non contumeliæ sed amoris caussa, factum a filio suo, confessus esset, nullam id peccatum pœnam, vel majorem vel minorem consequi debuisse ostendit; sed servandam fuisse consuetudinem passim inter homines receptam, ut stuprum matrimonio expiaretur.

Act. 4. sc. 1. vers. 21. *Lupus in fabula*. Natum proverbium a natura lupi. Servius sic explicat: *Ajunt Physici voce deseri eum*, *quem prior lupus viderit*, *unde est in proverbio*, Lupus est in fabula, *quoties venit*, *de quo loquimur*, *& nobis aufert loquendi facultatem*. Consentit Plinius lib. 8. cap. 22. *In Italia quoque creditur luporum visus esse noxius*, *vocemque homini*, *quem priores contemplentur*, *adimere ad præsens*. Eadem Solinus cap. 8. Iterum sententiam suam profert Plinius lib. 28. cap. 19. cum ait: *Eundem supervenire pernitiosum est*. Id ipsum firmat Donatus ad hunc locum & Isidor. cap. 2. lib. 12. Sed quæ ratio hujus tam celebris sententiæ? Nescio enim, cur dicat Brodæus lib. 7. Miscell. cap. 1. illos desipere, qui hujus rei rationem quærunt. Illum, etiam si tacito nomine, reprehendit Albericus cap. 18. nam credendum historiis. Cur enim non hoc de lupo credatur, de quo ait Plinius lib. 28. cap. 10.

Quippe tanta vis est animalis, praeter ea, quae retulimus, ut vestigia ejus calcata equis afferant torporem, & cum paria pene de eryngio dicat Plutarchus *De sera vindicta*, quam herbam si capra aliqua ore sumat, totus grex subsistit, donec caprarius ore eximat. Quae rerum naturae vicinae sunt illi, quam de lupo Virgilius & alii scribunt. Sed redeo ad rationem. Opinantur nonnulli esse in oculis luporum spiritus quosdam, quos jaculantur in homines, adimuntque loquendi potestatem. Sed melius referas ad metum, quo, qui videt se cerni a lupo, hiscet, nec potest loqui: torpor enim, & silentium comites sunt pavoris. Ideo Theocrit. idyll. 14. verba commutavit, neque enim dixit, lupus te vidit prior, sed *lupum vidisti, non loqueris*, quia qui videt has feras, statim tacet prae metu. Consentiunt verba Platonis 1. de Rep. *Haec ego audiens exterritus sum, & ipsum intuitus metuebam: atque, ut arbitror, nisi eum prior aspexissem, quam ipse me, mutus penitus evasissem*. His, quae dicta de lupo, affinia illa Dioscor. cap. 151. lib. 4. de eo, qui moritur, si, cum elleborum succidit, inspiciatur ab aquila. Paria Plin. cap. 5. lib. 25 Ab hac de lupis jactata fabula factum, ut Graeci vocent λυκάγχην dolorem quendam infestantem fauces, adimentemque usum vocis.

Sc. 2. vers. 38. *Ubi etiam caprificu' magna est*. In hoc Homerum imitatus est, qui dicit Caprificum prope Trojana moenia constitutam. *Caprificus* est ficus sylvestris, nullo unquam tempore maturescens, quae fere ruptis saxis intumescens exit: unde Caprificus dicta est, quod muros & parietes carpat, & sic Martialis cecinit: *Marmora Messalae scindit caprificus*.

Vers. 44. *Prius, quam ad portum venias, apud ipsum lacum*. Ex Varrone notat ad hunc locum Donatus, semper lacum portis additum: scilicet ob usum jumentorum exeuntium: & praeterea ut adversum hostilem ignem portis de proximo subveniretur. *Lacus* est omne aquae perpetuae receptaculum. Varr. de Ling. Lat. l. 2. c. 5. *Lacus, lacuna magna, ubi aqua contineri potest*. Ulpian. l. unic. §. 3. ff. ut in flumine publico.... *Lacus est, quod perpetuam habet aquam*. Nec de solis magnis id accipiebant receptaculis, verum & de quovis fonte, in quo labrum aliquod foret, quod aquam reciperet, contineretque. Sic *lacum*, ubi jumenta adaquabantur, vocat Suet. Galb. c. 7. n. 5. *Decrevit, ut ad lacum, ubi adaquari solebat, duceretur capite involuto*. Plin. lib. 36. c. 15. *Agrippa in aedilitate sua adjecta Virgine aqua, caeteris corrivatis, atque emendatis, lacus* DCC *fecit, praeterea salientes* CV. *castella* CXXX.

Vers. 48. *Silicernium*. Silicernium erat coena funebris: sed quia non satis constat quae prima ejus vocis significatio sit, hinc factum est, ut adeo varie de ejus etymo veteres ipsi sentirent. Volunt quidam a *silice & coena*, quasi coena ad silicem, *silicernium* dictum. Ad silicem enim, idest ad sepulcrum, fiebat epulum funebre. Volunt alii sic dici, quia silentes, hoc est, citra hilaritatem, utpote in luctu constituti, coenarent. Aliis magis placet, silicernium dici a *se* hoc est *sine*, & a *lucere*, quasi selucesnium, hoc est ἀλυχνία, quia in luctu non accenderent lucernas, contra quam fiebat die natalitio. Alii alia tradunt. Ceterum hoc nomen tributum est seni decrepito, quod ejus causa brevi *silicernium* futurum erat, aut quasi jam dignus videretur, pro quo id epulum instrueretur.

Sc. 3. vers. 16. *Propter suam impotentiam se semper credunt negligi*. Gabriel Faernus cum vidisset in libro Bembino pro *negligi* scriptum esse in contextu, *claudier*, Donatumque affirmare legi etiam, & *claudere* & *claudicare*, hunc locum de mendo suspectum habuit: & *calvier* legendum arbitratur, qui est infinitivus modus verbi *calvor*, quod aliquando passivum invenitur apud auctores, & pro *decipi*, accipitur, ita exponente Prisciano: aliquando deponens, & pro *fru-*

ſtrari exponitur a Pompejo Feſto, item a Cajo jureconſulto cap. *Si calvitur* de verbor. ſignif. Plura vero adfert exempla uſurpati hujus vocabuli ab auctoribus. Hanc tamen Faërni conjecturam reprobat Boeclerus.

Sc. 7. verſ 21. *Quaſi cum ludas teſſeris, ſi illud, quod maxime opus eſt jactu, non cadit; illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas.* Quamvis teſſerarum ludus aleæ fuerit ſpecies, atque ita in fortunæ conſtiterit arbitrio, non tamen penitus ab illa dependebat, ſed quod caſu talorum fortuito proſiliebat, illud artis miniſterio erat applicandum. Si enim male cadebant teſſeræ, beneficio artis & ingenii in collocatione calculorum hoc poterat corrigi, ut hoc loco innuit Terentius. Qui male igitur jactarat, male jacta non dabat, ſed artem pro fortuna adhibebat, & in melius reponere tentabat, quod infeliciter ceciderat. Male jactat, cui quod jactu opus eſt non cadit: male jactum dat, cui quod male cecidit non corrigit, ſed fortunam teſſerarum ſequitur, nullamque artem adhibet, qua vim fati aleæque male faventis frangat, vel ſaltem molliat. Ex his explicantur illi Ovidii verſus *de Arte Amand.* lib. 2., ubi præcipit amanti cum amica ſua ludenti, ut & male teſſeras jactet, & male calculos moveat, & ſic de induſtria perdat, ne vinci ſe patiatur.

Seu ludet (inquit) *numeroſque manu jactabit eburnos:*
Tu male jactato, tu male jacta dato.

Perperam pro *male jacta dato* legebatur *bene jacta dato*, quod ex veteribus libris correxit Daniel Souterius. Igitur in jactandis teſſeris fortuna dominabatur; in dandis, hoc eſt, promovendis calculis ſola ars locum habebat. Hinc ars & fortuna pariter in hoc luſu locum habebat. Vetus epigram.

In parte alveoli pyrgus velut urna reſedit,
Qui vomit internis teſſerulas gradibus:
Sub quarum jactu diſcordans calculus exit,
Certanteſq. fovet. ſors variata duos.
Hic proprium faciunt ars & fortuna *periclum*
Hæc cavet adverſis caſibus. illa favet.

Verſ. 34. *Reſtim ductans ſaltabis.* Pollux in quarto tria genera ſaltandi obſervavit Unum ἐμμέλειαν, ſaltationem Tragicam compoſitam & decentem. Alteram κόρδακισμὸν, Comicam ſaltationem laſcivam & petulantem, ad quam Terentius alluſit. Tertiam ἱππικὴν, equeſtrem. Judicatur tamen κόρδαξ ſaltatio admodum laſciva, ridicula & ruſticana: de qua conſulendus eſt Lucianus περὶ ὀρχήσεως. Donatus quoque putat cordaciſmum fuiſſe, cum pueri & puellæ conſertis manibus chorum ſaltando ducebant, eundem & Athenæus in lib. 14. deſcribit. Vid. Vlpian. in Demoſt. Olym. 2. Pollux, Scholiaſt Ariſtop h. in Nub, & Etymol. Magn.

Act. 5. ſc. 3. verſ. 18. *Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.* Proverbium eſt Græcorum. Pythagoras Samius primus dixit, Amicorum debere omnia eſſe communia. Quod Cicero ſic interpretatur. *Omnia, id eſt, quæ ſine detrimento aliis concedi poſſunt, & ſic oſtenditur: nos ex rebus, quas poſſidemus, aut jure gentium, aut civili, non debere hominibus ignotis aliquid niſi id, quod poteſt ipſis permitti & concedi ſine detrimento.* Plato quinto de Legibus ſic ait: *Prima civitas eſt Reſpublica legeſque optimæ, ubi quammaxime per totam civitatem, priſcum illud proverbium locum habet, quo fertur, Amicorum omnia eſſe communia.* Ariſtoteles in nono Ethicor. ſic ait: *Eodem accedunt & proverbia univerſa ut, Anima una, & Amicorum omnia ſunt communia, & Amicitia eſt æqualitas.* Cicero 1. Offic. *E quibus ipſis cætera ſic obſerventur, ut in Græcorum proverbio, Amicorum omnia communia.* Hieron. adverſ. Rufin. *Pythagorica & illa præcepta ſunt, Amicorum omnia ſunt communia.* Seneca lib. 8. cap. 4. *Me ſcito & de amicis interrogare; ergo nemo quiquam amico donare poteſt,*

Sc. 4. verf. 13. *Duxi uxorem*. In conjugio fervitus eft; & enim omnis mifera eft fervitus, illa minime viro convenit, qua cogimur mulieri infervire. Domi defidendum eft: cœnandum domi: vivendum more uxoris: quod fi facis, ubi libertas illa, cujus nos avidos natura finxit; fi non facis, paratæ lites, audienda convitia, alia multa ferenda. Auguftinus libro 10 de civit. Dei, de fociali vita, quæ cum maxime expetenda fit, multis offenfionibus fæpe fubvertitur. *In hujus*, inquit, *mortalitatis ærumna, quot & quantis abundet malis focietas humana, quis enumerare valeat! quis exiftimare fufficiat! Audiant apud Comicos fuos hominem cum fenfu atque confenfu omnium hominum dicere. Duxi uxorem, quam ibi miferiam vidi! nati filii. Alia cura.*

Sc. 6. verf. 5. *Servus fpectatus fatis*. Cum fervo libertatem dabant, dicebant, *Spectatus fatis*. Quo fignificabant, diu jam ferviiffe. Si enim in florente ætate confequeretur libertatem, non effet fatis fpectatus. Profert Laurentius Ramirius ex Petro Ciaconio paxillum L. Getæ, qui fuit libertus M. Tullii. in quo paxillo inerat forma ifta: *Spectatus fatis*. & hoc maxime nomine confequebatur libertatem L. Geta. Itaque cum Horat. dixit. *Spectatus fatis, & donatum jam rude quæris*, fumfit locutiones, primam a fervitute, alteram a ludo gladiatorio.

Sc. 7. verf. 9. *Hymenæum, turbas, lampadas, tibicinas*. Hymenæus deus nuptiarum præfes eft habitus, cujus nomen frequentius in nuptiis invocabatur. De hujus ritus caufa & origine non una veterum opinio fuit. Acclamabatur præfertim cum in domum viri nova nupta deduceretur vel a tibicine, vel a pueris. De tibicine Plautus in Caf. act. 4. fc. 3. verf. 1. de pueris & puellis Catullus Carm. 61. *Lampadas* h. e. faces quinque a pueris patrimis, & matrimis prælatas: faces adhibebantur, quod non nifi ubi contenebraffet in mariti domum fponfa ducebatur; & potiffimum quinque ufurpatæ: caufam affignat Plutarc. quæft. rom. 2. Nuptiarum iftum apparatum obfervavit Apul Milef. I. 4. *Jam feralium nuptiarum miferrimæ virgini choragium ftruitur: jam tedæ lumen atræ fuliginis cinerem marcefcit, & fonus tibiæ zygiæ mutatur in querulum Lydium modum: cantufque lætus Hymenæi lugubri finitur ululatu &c.*

Verf. 17. *Babylo*. Babylo feu Babylonius eft prodigus & profufus, ob luxum, quo tum Medi & Perfæ infames erant. Hinc Scholiaftes Juvenalis ad fat. 3 verf. 221.

... meliora & plura reponit Perficas orborum lautiffimus ...

inquit: *Perficum quafi divitem pofuit; eo quod Perfæ divites: fic Horatius: Perficos odi, puer, apparatus: Terentius, di umeret nunc ille Babylo viginti minas.*

Sc. 9. verf. 4. *Iftunc liberum? quodnam ob factum?* Simul atque manumiffio peracta effet, nomen manumiffi in acta referebatur, adjecta manumiffionis caufa. Recte igitur Donatus ad hæc verba *quodnam ob factum?* fcribit: *Jure adfcribi enim caufas manumiffionis in jure formula eft*. Hinc intelligi poteft id quod ait fervus apud Plaut. Menæch. act. 5. fc. 7. verf. 35.

Men. *Liberum ego te?* Mef. *verum quandoquidem here te fervavi*.

Nomen autem olim in acta relatum fuiffe elici poteft e Plauto qui in Perfa act. 4. fc. 3. verf. 14. hoc modo fervum cum lenone loquentem inducit:

Tox. *Di dent quæ velis. eho, an jam manu emififti mulierem?*
Dor. *Credo pol, credo, inquam, tibi.*
Tox. *jam liberta auctus es?* Dor. *enicas.*
Quin tibi me dico credere. Tox. *dic bona fide: jam libera eft?*
Dor. *I, i ad forum, ad Prætorem, exquire fiquidem credere mihi non vis. Libera, inquam, eft.*

Verf. 15. *Utinam hoc perpetuum fiat gaudium*. h. e. integrum, folidum, nufquam interruptum, ut explicat Donatus. Num optat hic Syrus ut perpetuum fit gaudium, ideft ut perpetuo fit liber, nec aliqua de caufa temporis decurfu iterum in fervitutem revocetur?

Aliquando enim in servitutem rursus libertos retrahi potuisse, docent Valer. Max. l. 2. c. 6. Tacitus in annal. Sueton. in Claud. Hinc apud Plautum Menæch. act. 5. sc. 9. v. 88, servus ait:

Sed meliore opus est auspicio liber perpetuo ut siem.

Vers. 17. *Et quidem nepoti tuo, hujus filio, hodie primam mammam dedit hæc.* Inter personas quæ jure manumittuntur, nutricem etiam recenset Imperator Justinianus §. 5. Instit. Quib. ex caus. manum. *Justæ*, inquit, *manumissionis causæ hæ sunt: veluti si quis patrem aut matrem, filium filiamve, aut fratres, sororesve naturales, aut pædagogum aut* nutricem *aut educatorem... manumittat.* Ideo hic apud Terentium manumissus servus rogans ut & uxor sua manumittatur, allegat hanc causam, quod nepoti mammam præbuerit.

ANNOTATIONES

IN PHORMIONEM.

Act. 1. sc. 1. vers. 9. *Quod ille unciatim vix de demenso suo.* Allndit ad veterum consuetudinem, quibus in more positum erat, ut servis in singulos menses quaterni modii tritici darentur: id *demensum* dicebatur, ex quo per totum mensem victitabant; ex qua agendi consuetudine hoc Terentii dictum manavit, & Plautinum illud in Stico:

Vos meministis quot chalendis petere demensum cibum,
Qui minus meministis, quod opus sit facto,
Facere in ædibus.

Et in Prolog. Menæch. v. 14.

Nunc argentum vobis demensum dabo.

Dispensatores, & primæ auctoritatis servi, Kalendis frumentum admetiri soliti erant reliquis servis: qui si frugi essent, & modico cibo contenti, ex eo quod de quaternis modiis comparcere poterant, peculium sibi comparabant. hoc interdum a dominis se redimentes, vel alias utentes suo arbitratu, ut hic Geta, qui nuptiale munusculum dat filii herilis uxori.

Vers. 13. *Ferietur alio munere, ubi hera pepererit. Porro autem alio, ubi erit puero natalis dies.* Summa cura & religione antiqui observabant, ne amici diem natalem sine munere dimmitterent. Symmach. lib. VI. Epist. 49. *Natalitio munere, quod frequentari a nobis per multos annos communis felicitas faciet, nostrum hilarastis animum.* Pomponius l. 31. §. 8. ff. de donat. int. vir. & uxor. *Si vir uxori munus immodicum Kal. Martiis, aut natali die dedisset, donatio est.* Ille vero cujus natalis erat, hoc agebat, ut genialiter eo die & amicos & se acciperet. Persius Satyr. II.

Hunc, Macrine diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponet candidus annos:
Funde merum genio.

Plaut. Pseud. act. 1., sc. 2., v. 32.

..... Mihi
Hodie natalis dies est, decet eum omnes vos concelebrare:
Pernam, callum, glandium, sumen, facito in aqua jaceant. Satin' Audis? magnifice volo enim summos viros accipere.

Idem in Persa act. 5. Juvenal. Satyr. 5. Symmach. lib. 6. ep. 82. Adeo quidem, ut non privatum, sed publicum sæpe convivium daretur. Atque hoc est, quod Marcianus notat in l. 33. ff. de ann. leg. *Cum quidam decurionibus divisiones dari voluisset die natalis sui, Divi Severus & Antoninus rescripserunt, non esse verisimile testatorem de uno anno sensisse, sed de perpetuo legato.* *Divisiones* vocat visceratioenm, crustula, & mulsum, quæ viritim convivis dividebantur, ut ex in-

scriptione apparet, quæ Spoleti est: TRIB. MIL. LEG. XV. A POLINARIS. ET LEG. V. MACEDONIC. HIC. LE GAVIT. TESTAMENTO. MVNICIPIBVS. HS. LXVI. C. MONET. VT. EX. RE DITV. EIVS. SVMMAE. QVOT. ANNIS. VIII. IDVS. NOVEMB. NATALE. SVO. MVNICIPIB. EPVLVM. ET CRVST. ET MVLSVM. DA RETVR.

Qui mos non solum autem apud Italos, sed & alibi gentium usu receptus fuit: sic enim Genes. XL. in natali suo Pharao opipare convivatur. Et Matth. cap XIV. natalis Herodis splendide celebratur. Quamvis ne tale quid a populo Judaico committeretur, lege interdictum fuisse Josephus scribit contra Apionem.

Ver. 15. *Ubi initiabunt*. Curabant Athenienses eleusinis mysteriis liberos natos adhuc pueros initiari, quemadmodum in Samotraciis fiebat: probro autem dabatur iis, qui initiationem neglexissent. V. Meurs. in Eleusin.

Se. 2. vers. 100. *Sed epistolam ab eo allatam esse audivi modò, & ad Portitores esse delatam*. Portitor vocatur, qui mercede pacta transportat quæ quis injunxerit: hinc etiam *literarum portitores*. Isidor. lib. 6. c. 7. *Unde & portitores earum* (h. e. epistolarum) *tabellarios vocaverunt*. Cassiod. Var. x. 8. *Harum portitorem ad excellentiæ vestræ beneficia destinavit*. Sidon. Apol. lib. 6. epist. 3. *Commendamus apicum portitorem*.

Sc. 4. vers. 9. *Laterem lavat*. Græci parœmias aliquot in usu habuerunt quibus operam inanem significarent, ut *in aqua scribis*, *littus aras*, *in saxis seminas &c.* de quibus fuse Erasmus in adagiis Chil. 1. cent. 4. *Laterem* hic non aliud intelligendum, quam massam vel ex argilla vel luto, maceriis ædificandis idoneam, non igne, sed sole induratam, quæ cum non sit nisi lutum exiccatum, quanto magis eam lavas, eo magis lutescit, & in cænum resolvitur, multis probat Nannius in Miscell. l. 20. Aliud igitur *later* simpliciter: aliud *later coctilis* in duritiem lapideam excoctus.

Vers. 26. *Fortes fortuna adjuvat*. Sententiam hanc proverbii vice cum ellipsi effert Cic. lib. 3. de Finib.. *Sed fortuna fortes; quare conare quæso*. Et cum explicatione lib. 2. Tusculan. *Fortes enim non modo fortuna adjuvat, ut est in vetere proverbio, sed multo magis ratio, qua quibusdam quasi præceptis confirmat vim fortitudinis*. Sallustius: *Non votis neque suppliciis mulieribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt: ubi socordiæ atque ignaviæ te tradideris nequicquam deos implores: irati, infensique sunt*.

Vers. 31. *Ilicet*. h. e. frustra hæc a nobis dicuntur, res conclamata est; vel, hic Antipho homo nihili est, actum est de illo. Eun. act. 2. sc. 3. *Ilicet: desine: jam conclamatum est*. Vide notam ibi.

Vers. 53. *Hic ero succenturiatus*. Illi qui priori loco pugnant, in principiis sunt: qui vero secundum vel in aliis posterioribus, *succenturiati* dicuntur: quasi suppositi ad aciem, ut illis deficientibus ipsi in certamen procedant. Pro *Insidiis* placet *subsidiis*; quod extat apud Priscianum, in Cod. aliquo regio, & Coloniensi apud Palmerium, & sic quoque legisse videtur Donatus. Corn. Fronto de Differentiis vocum, *Subsidium*, inquit, *est, quod subest deficientibus*.

Se. 5. vers. 19. *Molendum usque in pistrino*. Pistrinum est locus, in quo frumentum pinsitur & molis teritur. In eo damnati servi molas circumagebant. Pistrini elegans descriptio legitur apud Apulejum Lib. 9. Metam. *ibi complurium jumentorum multivii circuitus intorquebant molas ambage varia; nec die tantum verum perpeti etiam nocte prorsus instabili machinarum vertigine lucubrabant pervigilem farinam*. At quales pistrini habitatores? pergit idem auctor: *homunculi vibicibus livedinis totam cutem depicti, dorsumque plagosum scissili centunculo magis inumbrati, quam obtecti, non-*

nulli exiguo tegili tantummodo pubem injecti, cuncti tamen sic tunicati, ut essent per pannulos manifesti, frontes litterati, & capillum semirasi, & pedes annulati.

Vers. 72. *Si quidem quidquam crederet te vivo*. Alludit Geta ad vetus Senatusconsultum Macedonianum, quo cautum fuit, patre vivente, filio qui sub patris jure est, eredi pecuniam non licere: & qui eredidisset, petitionem non habere: ne filius familias ære nexus alieno, ut creditum redderet, vel necem patri machinaretur, aut aliunde ea:n inhonestius quæreret. Verba hujus Senatusconsulti habes apud Ulpian. l. 1. ff. de Senatusconf. Mac. V. Hotoman. de Senat. c. 9. & Augustin. ad Senatusconf. Mac.

Act. 2. sc. 1. vers. 4. *Tute hoc intristi, tibi omne exedendum*. h. e. tu fuisti auctor consilii de ducenda puella: æquum est ut tuo periculo rem ita expedias. Ex proverbio natum, quod est apud rusticos, cum male intritum cibum coactus est sumere, qui intrivit. Ausonius ab Paulum Idyll. 7. *Tibi, quod intristi exedendum est: sic vetus verbum jubet. Compedes quas ipse fecit, ipse ut gestet faber.*

Act. 2. sc. 1. vers. 5. *Eccere*. Eccere adverbium jurandi est per ædem Cereris: ut *edepol*, *ecastor &c.* Plaut.

Jam enim eccere ibo ad forum, atque hæc
Facta narrabo seni.

Atque alibi sæpius. Nisi tamen diversa sunt *eccere*, pro *ecce res*, jurantis; & *eccere* pro *ecce res*. vel *ecce rem* confirmantis adverbium: ut & vetus Glos. videtur distinguere. V. Nannium in Miscell., Festum, & Charisium.

Vers. 21. *Alere nolunt hominem edacem*. Lege lata constituerunt Decemviri certam farris quantitatem, quam creditor nexis in singulos dies daret: Lex quæ corrupte in A. Gell. noct. attic. 1. 20. c. 1. legitur, ex antiquo, & fideli exemplari, sic emendatur a Cujacio. „ Æris confessi rebusque jure iudicatis xxx „ dies just iusto. pedeinde manus „ injectio esto: in jus dusito, ni „ judicatum facit, aut quips endo „ eo jure vindicit: secum ducito: „ vincito aut nervo, aut compedibus xv pondo, ne majore, aut „ si volet, minore vincito. si vo„ let suo vivito: ni suo vivit qui „ eum vinctum habebit, libras „ farris endo dies dato, si volet „ plus dato. tertiis nundinis par„ tis secanto: si plus minusve se„ cuerint se fraude esto „. Joseph. Scaliger aliter hanc legem restituit. V. Petr. Morestellum de diversit. dierum. Revaredus pro *libras*, *libram* reponit. Ut de libra farris debeat fragmentum hujus legis intelligi, satis expresse indicat Horatii auctoritas lib. 1. sat. 5.

Denique cur unquam fugisset, cui satis una
Farris libra foret . . .

Boeclerus nollet, Terentium respexisse: hic romanos mores de nexis in vincula ducendis: græcos enim, non romanos mores respicere debuit. Attamen vel nos Plutarcus in Solone fefellit, vel verius est, etiam apud græcos id moris invaluisse, ut debitores egentes nectetentur. Id ipsum Plautus confirmat in Menæch act. 1 sc. 1.

Nam ego ad Menæchmum nunc eo, quoi jam diu
Sum judicatus: ultro eo, ut me vinciat.
Nam illic homo homines non alit, verum educat,
Recreatque: nullus melius medicinam facit.

Vers. 28. *Cœna dubia apponitur*. Cœna dubia est lauta; opipara, cibis conquisitissimis extructa, vario apparatu affluens. Cum id non satis intelligeretur Terentius ipse declaravit sequenti versu, eam esse:

Ubi tu dubites quid sumas potissimum.

De cœna dubia mentio etiam occurrit apud Horat. lib. 2. sat. 2 vers. 76.

. . . . . Vides ut pallidus omnis
Cœna desurgat dubia?

Hieronym. ad Eustoch de virginit. *Castæ vocantur & Nonnæ, post cœnam dubiam Apostolos somniant.*

Vers. 31. *Tu hunc habeas plane præsentem deum?* Præsentes dii sunt, propitii faventesque. Ita Horat. ep. 2.

. . . . *præ-*

..... *præsentia numina sentit*.
Præsens etiam dicebatur Deus cui viventi adhuc sacra fiebant. Ita intelligendus Horat. lib. 3. Carm.
Cælo tonantem credidimus Jovem
Regnare: præsens Divus habebitur
Augustus &c.
Et Virgil. egl. 1. vers. 42.
..... *neque servitio me exire licebat*,
Nec tam præsentes alibi cognoscere divos.
Sic apud Tacit. lib. 15. ara & fanum exuruntur, quæ *præsenti* Herculi Evander sacraverat. Alii *præsentem* pro potentissimo accipiunt: ut Virg. lib. 12. Æn. vers. 152.
... *quo non præsentius ullum*.

Act. 3. sc. 2. vers 6. *Hei, metuo lenonem, ne quid suo suat capiti*. In explicando hoc versu, hærent & doctiores Critici. Donatus vult *suo capiti* Terentium dixisse, cum dicturus esset Phædriæ; hanc tamen Donati interpretationem, ut nimis a puritate sermonis Terentiani alienam respuunt Scaliger & alii. Muretus sic legit & distinguit, *Ne quid suas. Suo capiti*, h. e. quod in lenonis ipsius caput vertat. Mureti lectionem reprobat Bentleius, qui duce cod. 900. annorum, verba *Idem ego metuo* plane delenda, & versum sic restituendum putat: *Metuo lenonem, ne quid*. Get. *suo capiti fuat*. Et *fuat* pro *sit* exponit. Guyetus hunc versum ut spurium repudiavit. Alii aliter interpretantur. Ceterum *fuere* significat etiam dolose aliquid moliri & machinari; hine *sutelæ* nominantur insidiæ quæ in aliquem parantur; & *consultis dolis* Plautus dixit.

Vers. 10. *Cantilenam eandem canis*. De hoc adagio consule Erasmum in chiliad., qui & alia huic similia congerit.

Vers. 21. *Auribus teneo lupum*. Proverbium in eos, qui ejusmodi negotio involvuntur, quod neque relinquere sit integrum, neque tolerari possit. Videtur ab eventu quopiam natum; ut alia pleraque. Aut inde certe, quod ut lepus, auribus quippe prælongis, commodissime tenetur: ita lupus, quod aures habet pro corpore breviores, teneri iis non potest, neque rursum citra summum periculum e manibus dimitti bellua tam mordax. Idem proverbium apud Sveton. in Tiber. cap. 25. *Cunctandi causa erat metus undique imminentium discriminum, ut sæpe lupum tenere se auribus diceret*. Hieronym. ep. ad Pammachium advers. errores Jo Hierosolym. *Nunc vero auribus lupum aprehenderis nec tenere potes, nec audes dimittere*.

Act. 4. sc. 4. vers 8. *Huic mandet, qui te ad scopulum e tranquillo inferat*. Alii legunt: *Huic mandes, quod quidem recte curatum velis*. Faërnus, Boeclerus, & post hos plerique alii posteriorem preferunt lectionem. Casaubonus, Bentleius, & Muretus, quam nos edidimus lectionem amplectuntur. Vid. Guyetum qui varias lectiones hujus loci collegit.

Vers. 15. *In nervum potius ibit*. h. e. in vincula se duci potius patietur, quam nos prodet. Antiquitus enim qui unde solverent non habebant, vincti tradebantur creditoribus, donec opera compensarent creditam summam. Veretur adolescens amator, ubi eum in locum traheretur Phormio, ut aut puellam domum ducere cogeretur ex pacto, aut certe pecuniam acceptam renumerare: ni faciat, vinciendus, & juxta leges corpore luiturus, quod ære non posset.

Vers. 25. *Introiit in ædes ater alienus canis: anguis per impluvium decidit de tegulis: gallina cecinit &c.* Canis occursus omiuosus erat. Hinc Stalino apud Plaut. in Casina act. 5. sc. 4. vers. 4. *caninam scævam* dixit: sperabatque canis latrantis, ringentisque occursum minus sibi gravem, infelicemque futurum, quam uxoris aspectum. Horat. lib. 3. od. 27.
Impios parræ recinentis omen
Ducat, & prægnans canis, aut ab ægro
Rava decurrens lupa Lanuvino,
Fætaque vulpes:
Rumpat & serpens iter institutum &c.
Nec inopinatus occursus tantum, sed illius ululatus ominosus erat. Dio lib. 45. *Canes multi nocte cum in aliis Urbis locis, tum ad domum Lepidi pontificis ulularunt*. Maxi-

me vero malum omen portendebatur, si alienus canis in ædes introiret. Vide Niphum, & Bulenger. de Angur.

Anguis per impluvium &c. Ex anguibus in bonam, & malam scævam auguria captabantur. In bonam apud Virg. Æneid. lib. 5. v. 84.

Dixerat hæc aliquis, cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, septena volumina traxit.
Amplexus placide tumulum, lapsusque per aras.

Cicer. de Divin. II. 28. *Quod etiam conjector quidam, & interpres portentorum non inscite respondisse dicitur ei, qui cum retulisset quasi ostentum, quod anguis domi vectem circumjectus fuisset: tum esset, inquit, ostentum, si anguem vectis circumplicavisset.* In malam apud Liv. I. 56. *Hæc agenti portentum terribile visum: anguis ex columna lignea elapsus, quum terrorem, fugamque in regiam fecisset, ipsius Regis non tam subito pavore perculit pectus, quam anxiis implevit curis.* Val. Max. I. 6. 7. *Qua territus, cum itinere converso Genuam petisset, & ibi in scapham esset ingressus, anguis eximiæ magnitudinis visus e conspectu abiit. Ergo numerum prodigiorum numero calamitatum æquavit.*

Gallina cecinit. Observatum est, inquit Donatus, in qua domo gallina canat, superiorem (alii *superstitem* habent) marito esse uxorem. In Apul. par portentum narratur, Milesiar. lib. 9. *Una de cætera cohorte gallina, per mediam cursitans aream, clangore genuino, velut ovum parere gestiens personabat.*

Interdixit Hariolus, Aruspex vetuit. Cum portenta monstra evenirent, qui superstitiosiores erant, statim ad hariolos abire solebant, atque ab illis consilium expetere. Sic & in Plauti Stico act. 3. sc. 2. v. 1. Gelasimus parasitus in re simili aruspicum libros se consuluisse dicit: *Libros inspexi, tam confido, quam potest.*

Act. 5. sc. 2. vers. 3. *Ita fugias, ne præter casam.* h. e. Ne sit tam præceps fuga, ut propriam domum, ubi tutissimum tibi (a latronibus puta, vel feris persequentibus) præsidium, prætereas. Nam qui id agunt, ut totis viribus fugiant, cursum cum volunt, & deberent, non possunt inhibere, unde sæpe in periculum incidunt. Varro quoque in eandem sententiam: *Longe fugit, qui suos fugit.* V. Erasmum Adag. chil. I. cent. 5.

Vers. 15. *In eodem luto hæsitas.* Proverbium in eos, qui sic implicantur negotio quopiam, ut se nequeant extricare. A viatoribus translatum, qui simul atque in lutum inciderint, eum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur: rursum, ut hunc extrahant, alter quem eduxerant, denuo est infigendus. Eodem alludens Horatius *Nequicquam* (inquit) *cæno cupiens educere pedem &c.* Utitur hoc adagio etiam Lactant. lib. 7. cap. 2. *Ex quibus exitum non haberent; & in eodem luto, sicut Comicus ait, hæsitaverunt.* Idem lib. 2. cap. 9. *In eodem luto hæsitans vorsuram solvis, Geta.*

Ibid. *Vorsuram solves.* Vorsuram solvere dicitur, qui sic e præsentibus malis extricat sese, ut aliis gravioribus impediatur. Nam Donato *vorsuram facere*, est æs alienum alieno ære solvere: hine ducta voce, ut auctor est Festus Pompeius, quod vertant creditorem. Casaubonus eum aliis *vorsura*, non *vorsuram* scriptum putat a Terentio. Aliud autem est, inquit, *versuram facere*, aliud *versura solvere*. *Versuram facere* dicebantur, (ut ex pluribus Ciceronis locis apertissime docuit Gifanius) qui sub fœnore mutuabantur: at *versura solvere*, qui vetus nomen, sive debitum, novo debito contracto solvebant. Ait igitur hic Geta, soluturum se eum fœnore, quod ex mora supplicii lucri fecerit.

Se. 3. vers. 34. *Dii nos respiciunt.* Respicere dicuntur Dii, eum benigni, secundi, & propitii sunt. Hoc sensu Plaut. in Bacchid. *Tace modo, Deus respiciet nos aliquis.* Et in Pœnul. optans Agorastocles adolescens habere feminam sibi benevolentem, & ut se respiceret,

audit a servo assentatore, *Respexit*. *Idem pol Venerem credo facturam tibi*. Symmachus ep. 73. lib. 7. *Si me sanitas optata respexerit*. Hinc fortuna cognomento *Respiciens* h. e. propitia. Hujus verbi *respice* potissimus usus erat in precationibus ad superos, quod testimoniis Ovidii, Tullii, Plauti, Terentii & aliorum Brissonius firmat.

Sc. 5 vers. 2. *Propria ea Phædria ut potiretur*. Proprium idem est ac perpetuum. Sic Virg. Æneid. l. 2. v. 77.

Connubio jungam stabili, propriamque dicabo.

Et lib. 6. v. 871.

.... *propria hæc si dona fuissent*. h. e perpetua & æterna. Utramque vocem, veluti explicans, intulit Livius lib. 22. apud quem, cum legati a Hierone socio Populi Romani coronam auream attulissent, ita precati sunt: *acciperent eam, tenerentque & haberent propriam & perpetuam*. De Hebudibus Britanniæ insulis Solinus cap 22. *Nulla illi* (regi) *datur femina propria. sed per vicissitudines in quamcumque commotus sit, usurariam sumit*.

Sc 6. vers. 10. *Vapulabis*. Alii ex libro Bambino & Vaticano *vapula* legendum censent. Festus: *Vapula*, inquit, *tum dici solitum, cum vellent minantibus significare, se eos negligere & non curare. Plautus in Feneratrice: Liberta salve: Vapula Papiria. Ælius hoc loco, Vapula positum esse ait, pro dole; Varro pro peri. teste Terentio in Phormione. Non m...*

Vers. 23. *In Gynæceum*. Gynæceum est conclave, sive locus interior ædium, in quo mulieres degere solent. & opera textoria. & muliebria exercere. Gynæconitis etiam dicebatur, de quo Cornel Nepos sic scribit: *Quem Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus mater familias non primum locum tenet ædium, atque in celebritate versatur? Quod multo fit aliter in Græcia; nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum: neque sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ Gynæconitis appellatur: quo nemo accedit, nisi propinqua cognatione conjunctus*. De Gynæceo lege Vitruvium lib. 6. cap 10.

Vers 44. *Gaudeo*. Guyetus hoc *gaudeo* mutato in *plaudite* finem totius comœdiæ hic esse statuit. Verum sequentium scenarum elegantia & necessitas, Guyeti opinionem facile refutant. Faërnus, Bentleius, Goeanus, & alii post *gaudeo* finem hujus scenæ faciunt.

Act. 5. Sc. 7. vers. 88. *In jus eamus*. Licebat Actori adversarium juris sui experiundi caussa in jus vocare; hoc est ad tribunal Prætoris: vocato autem sequi omnino necessum erat; nam detrectantem ire, antestationis medio trahere, imo rapere actor poterat obstricta cervice, obtorto collo. & ut infra v. 95. *pugnis in ventrem ingestis*. Sic enim in lege Decemvirali cautum erat: *Si vis vocationi fuat, antestaminor: nei it, aurem capito antestati; si calvitur, pedemve struit, manum endo jacito*. Antestatio ista sic fieri solebat, auriculam alicujus attingens actor, sic eum interrogabat, licet antestari? cui si respondisset licet, (actor addebat hoc verbum *memento*) & tum manus in adversarium injiciebantur. in jusque hoc modo trahebatur. Horat. l. 1. sermon. sat. 9. ver. 74.

.... *casu venit obvius illi*
Adversarius; & qui tu turpissime? magna
Exclamat voce, & licet antestari? ego vero
Oppono auriculam: rapit in jus, clamor utrinque
Undique concursus ....

Plin. l. 11. cap. 45. *Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes antestantur*. Vel potius *antestantur* ut contra Rævercdum ex lege, & more veteri asserit Lipsius. Adeo necessaria erat ista antestatio, ut si ea non interposita manum injecisset actor, injuriarum reus constitui posset. Hinc Plaut. Curcul. act. 5. sc. 3. v. 17.

Hoccine pacto indemnatum, atque intestatum me abripi?

Vers. 92. *Rape hunc*. Nulla hic antestationis mentio. de qua in superiori nota. Sed non æque ista

necessaria erat, si qui vocaretur in jus & improbus esset, & intestabilis, ut sunt lenones, fures, & alii id genus; quod manifestum ex Plauto in Persa act. 4. sc. 9. vers. 8.

Sat. *Age, ambula in jus, leno.*
Dor. *quid me in jus vocas?*
Sat. *Illi apud Praetorem dicam. Sed ego in jus voco.*
Dor. *Nonne antestaris?* Sat. *tuan' ego causa, carnufex,*
Cuipiam mortali libero aureis atteram?

Et in Rud. act. 3. sc. 6. vers. 15. *Rapi te obtorto collo &c.* cum iis quae sequuntur.

Act. 5. sc. 8. v. 26. *Verba fiunt mortuo.* Proverbium in eos qui frustra vel suadent, vel orant. Plautus: *Mortuo verba nunc facio.* Rursum: *Nihilo pluris refert quam si ad sepulcrum mortuo dicat jocum.* Natum adagium a ridicula consuetudine veterum, vita defunctos ter voce cientium: quem morem irridet Lucianus in lib. de luctu.

ANNOTATIONES

IN HECYRAM.

Acta ludis Romanis. Ludi Romani a Tarquinio Prisco quinto Romanorum rege sunt instituti: hi etiam *ludi magni* promiscue dicebantur. Liv. 1. 31. *Ludos opulentius, instructiusque quam priores reges fecit. Tum primum circo. qui nunc maximus dicitur, designatus locus est. Equi, pugilesque ex Etruria maxime acciti, sollemnes deinde annui mansere ludi; Romani, Magnique varie appellati.* Primum ergo fuerunt Circenses sed deinde etiam Scenici. Idem Livius 31. 4. *Ludi Romani scenici eo anno magnifice, apparateque facti ab aedilibus curulibus L. Valerio Flacco, & T. Quintio Flaminio.* V. Mod. de lud. & spectac. Alii legunt *Acta ludis Megalensibus.*

Act. 3. sc. 4. vers. 26. *Magnus, rubicundus, crispus.* Quanquam Myconii ut plurimum calvi, unde Proverbium Μυκώνιος φαλακρὸς nihil obstat tamen quin inter illos etiam *crispi* nonnulli, ex alio fortasse genere, ut rufi inter Anglos. Aut fortasse Poeta ita consulto maluit, ut Myconium istum non hominem verum, sed merum Pamphili commentum, ad eludendum servum, intelligeremus.

Cadaverosa facie. Sublivida ac personata, rubore, & livore, ut Donatus; vel ut alii, foeda, & turpi, tetra & exsangui facie. Casaubono *Cadaverosa facies*, est facies scabiosa, a papulis & variolis erosa, & frequentibus maculis & cavernulis conspersa: si tamen variolos, ut nunc vulgo vocantur, vel eo, vel alio quocunque nomine veteribus notos fuisse concederent medici. Bentleius *lentiginosa facie* reponendum censet.

Act. 4. sc. 1. vers. 16. *Suo peperit tempore.* Ergo tum apud Graecos partus septimestris, tempestivus habitus est: nam post nuptias hic mensis agebatur septimus. Videndus omnino Gellius l. 3. c. 16. ubi medicorum & philosophorum illustrium de tempore humani partus & varietate puerperii sententias ponit. Qua auctoritate etiam nititur Paulus, cum *eum, qui ex justis nuptiis septimo mense natus est, justum filium esse credendum* confirmat *l* 12. *de stat hom.* h c. dic 182., a nuptiis. *l.* 3. *in fin. de suis.*

Vers. 17. *Ut puerum praeoptares perire.* h. e., exponi. Vetustissimus hic mos antiquis fuit, Hebraeis & Graecis; ut constat de Moyse. Oedipo, & etiam Romanis, ut notum est de Romulo & Remo. Exponebantur misselli infantes in mare, in aliquem fluvium, in deserta & avia abjiciebantur. Ovidius Fastorum, lib 1.

Amne jubet mergi geminos: scelus unda refugit:

In sicca pueri destituuntur humo.
Idem Ovid. Epist. 11.
Jamque dari parvum canibus, avibusque nepotem
Jusserat, in solis destituique locis.
Denique ad cloacas, vetus Scholiastes Juvenalis infantes exponi solitos prodidit. ad Satyr. 6. vers 600.
Transeo suppositos, & gaudia, votaque saepe
Ad spurcos decepta lacus.
Hinc exponere idem, quod necare. Paulus Jurisconsultus, L. 4. D. De agnoscendis liberis.

Sc. 2. vers. 16. *Et festos dies.* h. e. *Charistia* ut exponunt interpretes; tunc cognati & consanguinei convenire solebant, & mutua dona dare. Ovid. Fast. 2. 617.
Proxima cognati dixere charistia patres,
Et venit ad socios turba propinqua Deos.
Val. Max. lib. 2. cap. 2. §. 8. *Convivium etiam sollemne majores nostri instituerunt, idque Charistia appellaverunt; cui praeter cognatos & affines nemo interponebatur, ut si qua inter necessarias personas querela esset orta, apud sacra mensae & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiae adhibitis, tolleretur.* Fiebant XI. Kal. Martii. Vid. Kalendar. Rusticum.

Vers. 18. *Satias jam tenet studiorum istorum.* Satias pro satietas veteres dixerunt. Lucilius: *Quid mihi proderit? satias te jam omnium rerum tenet facta.* Ita etiam antiquae dictionis amatores scribebant, ut Salustius histor. lib. 2. *Hi, saltibus occupatis, exterorum agros invasere: frumentique ex inopia gravi satias facta est.* Terent. in Eunuc. act. 5. sc. 6. vers. 3.
Ubi satias coepit fieri, commuto locum.

Sc. 4. vers. 18. *Nam abducta a vobis praegnans fuerat filia: Neque fuisse praegnantem.* Antiquissimi libri Bembinus & Vaticanus hanc vocem *praegnans* & *praegnantem* sine *n*, littera, habent hoc modo, *praegnas*, *praegnatem*: & ita semper in Pandectis Florentinis scripta invenitur haec dictio. Me vero non tantum usus scribendi vetustissimus movet, inquit Faërnus, quantum hujus dictionis derivatio ab Donato tradita: is enim hunc locum exponens, ait, *Praegnans est ante gnatum vel ante genetricem; est enim prae, ante:* ex quibus Donati verbis liquet hanc vocem non esse participium, quod necessario per *n*, efferendum esset, sed nomen a *prae* & *gnatus*, vel a *prae* & *genetrix*; quae utraque vox nullam necessitatem infert nomini ab se deducto, assumendae litterae, *n*.

Act. 5. Sc. 4. vers. 17. *Factis, ut credam facis.* Olim cum laetum aliquid alicui gratulabantur, & gaudere se sollemni formula profitebantur, respondebat ille, cui gratulabantur; *credo*, vel, *creditur*. Supra, act. 3. sc. 5.
.... *Bene factum te advenisse Pamphile,*
Atque adeo, &c. P. *Creditur.*
Phorm. act. 2. sc. 1. *Mi patrue, salve ... salvum advenire* (gaudeo, subauditur) D. *credo.* Alibi quoque exempla observantibus occurrent. Hic igitur cum Bacchis solita formula Pamphilo felicitatem suam gratularetur, non contentus ille simplici responsione, *credo: factis* (inquit) *ut credam facis.* h. e. Si alii crederem, aut credere me saltem pro more responderem, qui se gaudere profiteretur; quanto magis tibi, cui potissimum debeo hanc felicitatem, quam mihi gratularis? Hinc etiam lux non uni Plauti loco. In Sticho, Antipho senex, Pamphilippo adolescenti solita formula incolumem reditum in patriam gratulatur: *Ita me Dii bene ament, &c.*, respondet ille, jocose, *Satis abs te accipiam, nisi videam mihi te amicum esse Antipho:*
Nunc quia te amicum mihi experior esse, creditur *tibi*.

Finis Tomi secundi.